

- „ honorem Dei. N. 9. Si offendisti cum  
 „ mentiri, Satisfac dicendo verum. N. 10.  
 „ Si parùm rogâsti Deum, roga illum mul-  
 „ tùm. N. 11. Contra malas imaginationes  
 „ Satisfac cum bonis. N. 12. Satisfac Deo  
 „ cum bono recolere, intelligere & amare.  
 „ N. 13. Si de bono homine dixisti malum,  
 „ dic de illo bonum. N. 14. Satisfac tuis  
 „ Rationibus cum bonis actibus. N. 15. Si  
 „ habes alienum, redde illud. N. 16. Si de-  
 „ didisti damnum, da utilitatem. N. 17. Si  
 „ non pores facere Satisfactionem de dena-  
 „ riis vel possessionibus, Satisfac pœniten-  
 „ tiâ & desiderio Satisfactionis. N. 18. Sa-  
 „ tificac tuo proximo unum pro uno, &  
 „ Deo duo pro uno. N. 19. Deo non po-  
 „ tes Satisfacere nisi secundùm proportio-  
 „ nem. N. 20. Si fecisti contra te ipsum,  
 „ Satisfac tibi de te ipso.

4. Hæc de Regulis Generalibus suffici-  
 ant. Si verò Regulæ morales & virtuosæ,  
 quas dedimus, aliquibus alrùm sapientibus  
 apparerent nimis simplices & humiles, sci-  
 ant, quòd ad colles Sapientiæ non ascen-  
 datur nisi per valles humilitatis.

## PARS IX

### De Ente.

**I**N Arbore Philosophiæ desideratæ Tom. 6.  
 ponit B. DOCTOR Ens in trunco Ar-  
 bo-

boris; & hoc ideo, quia omnia possunt con-  
siderari sub Ente, cum Ens sit generalius vo-  
cabulum, quod possit nominari. Eandem  
Generalitatem habet non Ens; & ideo Ens  
& non Ens, sive *esse* & *non esse* sunt termini  
Universalissimi & Primi, qui transcendunt  
omnes alios terminos ab intellectu creato con-  
ceptibiles; quia, quidquid est, per *esse* est,  
&, quidquid non est, per *non esse* est; &, quia omne, de quo quæritur, est, aut non  
est, ideo omne est reducibile ad *esse* vel *non esse*. De his terminis Universalissimis B. DOCTOR  
Lib. Prov. Part. 2. Cap. 1. & 2. ita ha-  
bet :

## DE ENTE.

- N. 1. Ens est hoc, quod habet omnia.  
 » N. 2. Qui nominat Ens, nominat omnia.  
 » N. 3. Extra Ens non est aliquid. N. 4.  
 » Ens est centrum omnium rerum. N. 5.  
 » Nulla res est major, quam Ens. N. 6.  
 » Omne Ens est amabile. N. 7. Non Ens  
 » est odibile in Ente. N. 8. Per non Ens  
 » privatur Ens suo fine. N. 9. Solum pec-  
 » catum est non Ens, quod est in Ente. N.  
 » 10. Nullum Ens naturaliter est de non En-  
 » te. N. 11. Si Ens esset de non Ente, non  
 » Ens esset aliquid. N. 12. Per Creationem  
 » tantum est Ens de non Ente. N. 13. Per  
 » peccatum tantum habet Ens inclinationem  
 » ad non Ens. N. 14. Si Ens sine peccato  
 » haberet inclinationem ad non Ens, non  
 Ens

„ Ens esset aliquid. N. 15. Omne minus  
 „ Ens est subditum majori. N. 16. Est Ens,  
 „ quod est per existere, & est Ens, quod  
 „ est per agere. N. 17. Ens, quod est per  
 „ existere, est per se ipsum, & Ens, quod  
 „ est per agere, est per aliud. N. 18. De  
 „ uno Ente est aliud, & de uno sunt multa.  
 „ N. 19. Per compositionem unum Ens est  
 „ de multis. N. 20. Omne Ens vel est sub-  
 „ stantia vel est accidens.

## DE NON ENTE.

N. 1. Non Ens est id, quod non habet  
 „ aliquid. N. 2. Non Ens esset Ens, si ha-  
 „ beret aliquid. N. 3. In Ente peccatum  
 „ & non Ens convertuntur. N. 4. Sinè in-  
 „ tellectu non Ens non esset nominatum. N.  
 „ 5. Deus non considerat non Ens. N. 6.  
 „ Si Deus consideraret non Ens, non Ens es-  
 „ set aliquid. N. 7. Solus homo considerat  
 „ non Ens. N. 8. Superflua consideratio est  
 „ illius, qui considerat hoc, quod non est.  
 „ N. 9. Per privationem Entis est speciale  
 „ non Ens. N. 10. Speciale non Ens &  
 „ privatio convertuntur. N. 11. Genera-  
 „ le non Ens consistit solum in consideratio-  
 „ ne. N. 12. Ante non Ens non est aliquid.  
 „ N. 13. Si ante non Ens esset aliquid, non  
 „ Ens esset aliquid. N. 14. Si non Ens es-  
 „ set intelligibile, esset aliquid. N. 15. Si  
 „ Ens & non Ens essent contraria, non Ens  
 „ esset

„ esset aliquid. N. 16. In affatu non Ens &  
 „ negatio habent Concordantiam. N. 17.  
 „ Non Ens ità habet Concordantiam cum ge-  
 „ neratione per corruptionem, sicut cum  
 „ affirmatione per negationem. N. 18. Per  
 „ falsitatem tantùm non Ens habet Concor-  
 „ dantiam cum negatione. N. 19. Ità non  
 „ Ens sustentatur in falsâ suppositione, sicut  
 „ in peccato. N. 20. Si non Ens non con-  
 „ verteretur cum hoc, quod habet, esset  
 „ aliquid. His Præmissis ponitur

## CAPUT I

### De Divisione Entis.

**Q**uia Ens dividitur in substantiam & ac-  
 cidens, & hoc dividitur in quantita-  
 tem, qualitatem, relationem, actionem, passio-  
 nem, habitum, situm, tempus & locum;  
 idè de his per ordinem est agendum.

### DE SUBSTANTIA.

**I.** Substantia est Ens per se stans; quia  
 enim omnis Substantia creata est com-  
 posita ex materiâ & formâ Substantiali, po-  
 test existere per se ipsam; &, quia Substan-  
 tia est finis accidentis, idè accidens nequit  
 esse sinè illâ, & non nisi in illâ; &, dum est  
 in illâ, est naturale instrumentum & vesti-  
 mentum illius.

2. Substantia non crescit in numero, sed crescit per incrementum suarum partium; & dum sic crescit, crescunt ipsius accidentia. Substantia est invisibilis, quia sensus non attingit illam, sed attingit ipsius accidentia. Substantia est subiectum potentiarum, quæ habent suum actum non extra, sed intrâ Substantiam; quia agunt intrâ substantiam, & in virtute substantiæ, licet actum seu productum possit esse extra substantiam agentem vel producentem.

3. Totus Mundus est una generalis substantia, de quâ sunt omnes speciales corporales substantiæ, & quidem ita sunt in illâ, sicut pisces sunt in aquâ. Generalis substantia est ex grossis partibus, & specialis ex minutis. Specialis ita vivit de generali, sicut homo de aëre, & piscis de aquâ.

4. Angeli & animæ rationales sunt incorporeæ substantiæ ex materiâ & formâ substantiali & spirituali constituti, licet sint Entia simplicia comparativè ad Entia corporea, de quo vide Nostrium Librum de Angelis.

5. Bonitas, Magnitudo &c. sunt partes Substantiales, & Principia substantialia in creaturis, ut Deus magis infundat suas similitudines in res substantiales, quæ ipsi sunt magis similes, quàm in res accidentales, quæ ipsi sunt minùs similes, sicut Bonitas substantiæ hominis, quæ est magis similis Bonitati Dei, quàm illi est similis Bonitas quantitatis hominis.

6. Substantia Divina non habet partes; quia est infinita, & nullum infinitum potest esse pars: unde etiam, quia Deus non est de partibus, Divina Trinitas est tam nobilis, quàm Divina Unitas, & omnes actus Divinarum Rationum sunt alii in aliis, & quælibet Persona Divina est alia in aliâ, quia una est de aliâ in infinitate. Errant igitur, qui docent Deum Trinum in Personis esse plùs, quàm Deum unum in Essentiâ. In creatis autem plùs est totum, quàm partes, sicut Deus non est plus, quàm sua Bonitas & Magnitudo &c.

7. Quia Deus non habet partes, & omnis creatura habet partes, sequitur, quòd omnis creatura sit Ens compositum, & solus Deus sit Ens simplex. Supponunt ANTI-LULLISTÆ, quòd Angelus & Anima rationalis sit Ens simplex, sed, quod supponunt, priùs probare deberent, sicut etiam priùs probare deberent, quòd detur identitas realis in creaturis, & non illam statim supponere, & hanc supponendo disputare, an illa realis identitas inter animal rationale &c. supposita compatiatur distinctionem ante intellectum inter illa THOMISTICAM aut SCOTISTICAM, an verò solam SUARISTICAM per intellectum inter illa admittat distinctionem. De identitate in Divinis factum est, & dicitur adhuc. Contra creatam autem simplicitatem dicit B. DOCTOR *Libr. Prov. Cap. 15. N. 18. Si Bonitas &*

*Potestas in Creaturâ ( Angelo & Animâ ratio-  
 nali ) essent unum simplex, illud simplex non posset es-  
 se potens ad faciendum malum : sed hoc est im-  
 possibile; ergo in Angelo & Animâ ratio-  
 nali Bonitas & Potestas sunt compositæ, &  
 non sunt unum simplex. Nec creata Poten-  
 tia intellectiva ( idem est de creatâ memora-  
 tivâ & volitivâ ) est Ens simplex; quia Com-  
 positum objectum requirit in creaturis compositam po-  
 tentiam, ut ait B. DOCTOR ibidem N. 20.  
 neque creatum intelligere ( idem est de crea-  
 to memorare & velle ) est Ens simplex; quia  
 componitur ex potentia & objecto, & per  
 illud unitur intentionaliter potentia cum ob-  
 jectio, & objectum cum potentiâ. In crea-  
 turâ nullum etiam simplex est de alio, sed  
 omnia creata sunt composita de aliis, ex aliis,  
 & ab aliis: Deus autem, qui est simplex in  
 infinitate & æternitate, & simplex in omni-  
 bus rebus, & quælibet ipsius Dignitas est  
 simplex, & habet simplicem actum, estque  
 Deus sic remotus à compositione per suam  
 Simpliciter, sicut est remotus à malitiâ per  
 suam Bonitatem. Videatur B. DOCTOR  
 ibidem. Ex eo autem, quod quælibet Di-  
 vina Dignitas habeat simplicem actum, se-  
 quitur, quod simplicitas Dei habeat simpli-  
 ficare, & sinè simpliciter Deus non sit re-  
 motus à compositione, sicut sinè bonificare  
 non est remotus à malitiâ. Propterea dicit  
 B. DOCTOR ibidem N. 2. "Sicut Filius est  
 » Deus, quia nascitur de Deo in Deitate,  
 » ita*

ita est simplex, quia nascitur de simplici in  
 simplicitate. *Et N. 9.* Quia Pater & Fili-  
 us sunt in Sancto Spiritu unum simplex  
 Principium, ideo S. Spiritus est de sim-  
 plicitate. *Et N. 10.* De Divinis Personis  
 non potest sequi compositio essentiae, post-  
 quam sunt ipsamet, ( in sensu reali & for-  
 mali, ut satis dictum est ) *Essentia & Simpli-  
 citas.* Talis simplicitas non datur in crea-  
 tis, ut satis dictum est, & diceretur adhuc.  
 Bonitas & alia Principia sunt quidem En-  
 tia simplicia in rebus corporalibus & incor-  
 poralibus, quia ex Bonitate & aliis Princi-  
 piis corporalibus omnes res corporales, &  
 ex spiritualibus omnes res incorporeales com-  
 ponuntur; in se autem non sunt quid sim-  
 plex, cum sint composita ex suis TIVIS,  
 BILIBUS, & ARE, atque etiam ex quan-  
 titate, tempore, loco &c.

8. Creata substantia sustentatur in suis  
 partibus & partes in ipsa; sed Divina sub-  
 stantia existit per generare & spirare, sive  
 per Divinas Personas, in quibus est susten-  
 tata, ut habet B. DOCTOR ibidem *Cap.*  
*10. N. 3. & 7.* & eodem modo Divinae Per-  
 sonae sustentantur in Divina substantia; un-  
 de Divina Essentia sustentatur in Divina A-  
 gentia, & Divina Agentia sustentatur in Di-  
 vina Essentia, estque Divina Agentia omni-  
 modo ante intellectum indistincta ab Essen-  
 tia, licet Divina Agentia inter Divinas Per-  
 sonas, & in Divinis Personis sit realiter di-



stincta, cum in Patre sit activè generare &  
 spirare; in Filio activè spirare, & passivè  
 generari, & in Spiritu Sancto processivè sit  
 spirari, per quæ tres Divinæ Personæ rea-  
 liter distinguuntur inter se, sed non ab Es-  
 sentiâ, quia cum hac nullam habent relativam  
 oppositionem, sicut illam habent inter se.  
 Quia Divina substantia sustentatur in Divinis  
 Personis, & Divinæ Personæ sustentantur  
 in Divinâ Substantiâ. Deus est Pater per  
 Paternitatem, & Deus est Filius per Filia-  
 tionem, & Deus est Spiritus Sanctus per  
 Spirationem passivam, & Paternitas, Filia-  
 tio & Spiratio passiva sunt Deus per Deita-  
 tem; &, quia Deitas est de se ipsâ, est per  
 se ipsam; & eodem modo, quia quælibet  
 Divinarum Dignitatum est de se ipsâ, est  
 per se ipsam, & quælibet de se ipsâ & per  
 se ipsam est Deus, & quidem meliùs est  
 quælibet Dignitas per se ipsam Deus, quàm  
 effectus est per suam causam; & quælibet  
 Dignitas per se ipsam & non per aliud est  
 potens & producens ad intrâ, & potens &  
 creans ad extra; & quælibet Dignitas est to-  
 ta perfecta, quia quælibet ad intrâ & ad  
 extra habet perfectum actum, & Deus ha-  
 bet in omnibus perfectum actum per suas  
 Dignitates, quæ sunt ipse Deus, & Deus  
 est ipsæ Dignitates sinè ullâ inter Deum &  
 Divinas Dignitates ante intellectum distin-  
 ctione; & propterea Deus est cum suâ San-  
 ctitate innocuus omnibus rebus, & in nullâ

potest habere  
 est hominibus  
 ne & igne et  
 am aeternae  
 infinitate est  
 ate est propo  
 Justitâ est per  
 obtinam, mag  
 quam ignis et  
 mura perverio  
 perveriam Rati  
 TOR ibidem Cap  
 Dea in substanti  
 lue operationis im  
 quante est Deus  
 operatio Dei est  
 &, quia est  
 rum & quante  
 est extra temp  
 ratione Divin  
 cum dici neq  
 bear Deus ad  
 per Trinitate  
 intra propo  
 convenienti  
 per Incarnati  
 DE  
 1. A Cid  
 hab  
 substantiâ,

re potest habere culpam, cum suâ Libertate est hominibus graciosus, cum suo generare & spirare est Primus omnibus operibus, cum æternitate est Primus tempori, cum Infinitate est Primus Quantitati, cum Pietate est propinquus peccatori contrito, cum Justitiâ est perseverans contra peccatorem obstinatum, magisque est contra peccatorem, quàm ignis est contra aquam, & fortior est contra perversum Principem, quàm contra perversum Rusticum, ut habet B. DOCTOR ibidem *Cap. 10. N. 16. & 18.* est etiam Deus sua substantialis operatio, & per finem suæ operationis intrinsecæ est tantum Deus, quantum est Deus per suam Deitatem. Hæc operatio Dei est infinita, & est ipse Deus; & quia est infinita, non potest habere locum & quantitatem; & quia est æterna, est extra tempus & motum; & finè hac operatione Divinæ Dignitates essent otiosæ. Id cum dici nequeat, dicendum est, quòd habeat Deus ad intrâ summam operationem per Trinitatem, cui summæ operationi ad intra propinquior est, & Agentiæ divinæ convenientissima summa operatio ad extra per Incarnationem.

## DE ACCIDENTE.

1. **A**ccidens est id, quod in se ipso non habet esse suum, sed habet illud in substantiâ, & ideo id, quod accidit, est ac-

cidens, & id, in quo, seu cui accidit, est substantia; si enim in se ipso haberet suum esse, non accideret substantiæ, & sustentaretur in se ipso: sed accidit substantiæ, & non sustentatur in se ipso; ergo. Nec accidens est propter suum finem; si enim esset propter suum finem, quiesceret in se ipso: sed in se ipso non quiescit; ergo. Neque ullam accidens habet materiam; quia, si hæc haberet, sustentaretur in se ipso: sed non sustentatur in se ipso; ergo. Unde nulla res est ita parva, sicut accidens, quia per se & in se non habet esse.

2. Accidens non est substantialis pars, ut patet in caliditate ignis; si enim hæc esset de essentiâ substantiæ ignis, aqua non posset resistere igni in plantâ; quia (ut habet B. DOCTOR *Tom. 4. in Quest. per Art. Demonstr. Solub. Cap. 131.*) in plantâ ignis est in quarto gradu caliditatis, & aquâ in primo, & sic ignis destrueret rotam aquam in plantâ, & aquâ destructâ destrueretur planta, cum sine aquâ non possent aër & alia Elementa agere in plantam: sed hoc est impossibile; ergo caliditas non est de essentiâ substantiæ ignis, sed (ut habet B. DOCTOR ibidem) caliditas, humiditas sunt diminutæ partes substantiæ, non gradatæ ad esse substantiale; & sunt minoratæ in Bonitate, Magnitudine &c. comparativè ad res substantiales; & idèd (infert B. DOCTOR ibidem) in plantâ & omnibus Elementatis vegetantibus potest esse proportio,

mixtio, ignis, &  
no propter caliditatem  
& accidentem  
3. Contra istos  
ingunt à substantiâ  
TORE ibidem  
Divina substantia  
est accidens pro  
minoratum, &  
non esse, creata  
& spiritibus  
tatem, & similitudinem,  
us, Magnitudo  
Invenit in us  
finis creatæ,  
nates, Magnitudo  
pot omnes  
& admittit de  
nates, & con  
vas esse quant  
est similis, qu  
stantia, ejus  
non quantæ;  
substantia  
ut evidens est  
earumque bo  
quantæ, &  
similes Deo  
ris, sequitur  
stantia creat  
quia substantia  
stantiæ, & c  
ne dissimilis.

rio, mixtio, digestio, nutrimentum & generatio propter distinctionem inter substantialem & accidentalem Essentiam.

3. Contra illos, qui quantitatem non distinguunt à substantiâ, id unum ex B. DOCTORE ibidem sufficiat argumentum, quòd Divina substantia, in quâ nullum possibile est accidens propter illius imperfectionem, minoritatem, & magnam propinquitatem ad non esse, creaverit in creaturis corporalibus & spiritualibus suam substantialem similitudinem, & similiter Divina substantialis Bonitas, Magnitudo &c. suam substantialem similitudinem in iis produxerunt : sed istæ substantiæ creatæ, earumque substantiales Bonitates, Magnitudines &c. sunt quantæ, ut apud omnes in confesso est, qui admittunt & admittere debent illas esse finitas & terminatas, & consequenter admittere debent, illas esse quantas : sed illarum quantitas non est similis, quin potiùs dissimilis Divinæ substantiæ, ejusque Bonitati, Magnitudini &c. non quantæ; ergo quantitas earum non est substantia, nec substantialis pars substantiæ, ut evidens est : cùm enim substantiæ creatæ earumque Bonitates, Magnitudines &c. sint quantæ, & per suam quantitatem non sint similes Deo & Divinis qualitatibus non quantis, sequitur manifestè, quòd aliud sit substantia creata, & aliud sit quantitas illius; quia substantia creata est similis Divinæ substantiæ, & quantitas illius est Divinæ substantiæ dissimilis.

4. In creatione substantiæ sunt concreata ipsius accidentia tanquàm instrumenta substantiæ, quæ movet accidentia, & per motum accidentium movetur ipsa; actus autem accidentium sunt concreati in substantiâ in potentiâ, ut habet B. DOCTOR *Lib. Prov. Part. 2. Cap. 28.* sed de his in *Quest. per Art. Demonstr. solub.* ampliùs audiendus est B. DOCTOR, qui ita

5. Discurrit ibidem *Cap. 133.* in vegetativâ appetit formam materiam & è converso. Inde sequitur appetitus, & ex illo sequitur appetere, quod est actus appetitus, sicut videre est actus visûs, & gustare est actus gustûs; unde appetitus formæ & materiæ est de essentiâ substantiæ ex materiâ & formâ compositæ, sicut visus, auditus &c. sunt de essentiâ sensitivæ; appetere autem est virtus progrediens de virtute appetitûs, & hæc virtus est accidens progrediens de virtute substantiæ.

6. Ignis agit de suâ caliditate, ut propter suum ignire & calefacere sit finis, videlicet Elementatum, ut planta, animal &c., & quia hoc Elementatum est substantialiter & accidentaliter bonum, magnum &c., satis deprehenditur, quòd in substantiali Bonitate, Magnitudine &c. sit habituata accidentalis Bonitas, Magnitudo &c. intensè, ut caliditas, & luciditas &c. in igneitate, & calefacere & lucere producantur in ignire, atque de accidentali Bonitate, Magnitudine &c.

in-

intensè producat<sup>ur</sup> accidentalis Bonitas, Magnitudo &c. extensè, ut de intensâ caliditate producat<sup>ur</sup> extensa caliditas. & de intenso calefacere extensum calefacere, & de intensâ luce producat<sup>ur</sup> extensa lux, & de intenso lucere extensum lucere. Hæc intensa & extensa caliditas & lux, & hoc intensum & extensum calefacere & lucere à B. DOCTORE ostenduntur in sole, de quo ibidem *Cap. 114.* ità quo ad substantiam.

7. Discurrit: sol est lucidum corpus suâ luciditate illuminans partes sibi contiguas ab illo loco, in quo partes sunt contiguæ soli usque ad oculum; cùm enim à sole usque ad oculum successivè sint partes in partibus existentes, & omnes sint receptivæ lucis solis, ideò sol illuminando primas sibi contiguas partes illuminat cæteras partes successivè usque ad oculum, in quo sol est visibilis, unâ parte in aliam per rectam lineam influente eandem lucem, quam recipit à superiori contiguâ parte, ità, quòd omnes partes sint impressivæ, una in aliam, dum descendit illa impressio lucis, quam sol tantùm facit in superiores partes sibi contiguas.

8. Adverte autem, quòd lux solis non descendat inferiùs ad oculum, sed tantùm imprimat suam similitudinem partibus sibi contiguis, quam quælibet pars superior successivè ad aliam transmittit usque ad oculum; nam, si sol transmitteret suam lucem, transmitteret aliquid sibi aded conjunctum & pro-

portionatum, quod non appetit aliud sub-  
jectum, & quod aliud subjectum soli extrane-  
um non posset sustinere, & quod descendendo  
inferius esset miscibile, generabile & cor-  
ruptibile, sicut alia inferiora sunt miscibilia  
&c.; quod est impossibile.

9. Sicut autem sol hoc modo est visibilis  
descendente illius similitudine de parte in par-  
tem per totum Diaphanum spatium, ita eti-  
am radiis solis intrantibus per fenestram ca-  
meræ vel receptis in aquâ, vel in speculo,  
vel in planitie politi ensis oritur inde lux,  
quæ illuminando ascendit successivè de parte  
in partem, & reflectitur in tectum vel parie-  
tem cameræ propter Diaphanitatem aquæ,  
speculi &c. Simile apparet in tecto, vel in  
pariete mobili propter motum aquæ, & prop-  
ter motum scintillationis solis, quam aqua  
mota repræsentat, & quæ illuminando des-  
cendit de parte in partem successivè usque  
ad oculum per lineam obliquam ascendendo  
& descendendo duplicatam, ortam de rectâ  
lineâ, quæ est à sole usque ad dictam aquam,  
speculum vel enses.

10. Sol est manè visibilis in majori quan-  
titate, quàm in meridie propter grossos & in-  
digestos vapores, qui sunt in aëre medio  
inter solem & oculum; quia his vaporibus  
sol potest plus imprimere similitudinem suæ  
quantitatis, quàm suæ luciditatis; sed in me-  
ridie vapores à sole sunt subtilizati & diges-  
ti, & propterea sol potest plus imprimere  
his

vaporibus similitudinem  
sua quantitate  
paret mobilis, in  
eret simillans  
rossi & indigesti  
lubiles & digesti  
11. Sicut sol  
cidium, in est  
sed hoc est acci  
recipit influentia  
Elementa mixta  
se quis in sententia  
the Elementa; &  
com qua per tot  
hinc, ubi terminus  
sem, sol percipi  
hois, quod  
caliditatem, &  
pus eam poss  
TOR loco  
ex eo dixim  
extensam cali  
& extensam

DE  
1. Cum De  
finita, omni  
creatura fut  
incorporee  
illam, sed

his vaporibus similitudinem suæ luciditatis; quàm suæ quantitatis. Manè etiam sol non apparet mobilis, sicut in meridie visui apparet scintillans; quia manè vapores sunt grossi & indigesti, & in meridie vapores sunt subtiles & digesti.

II. Sicut sol est sensibilis in visu per lucidum, ità est sensibilis in tactu per calidum; sed hoc est accidentaliter propter ignem, qui recipit influentiam luciditatis plùs, quàm alia Elementa mixta cum igne, & hac receptione ignis in sensato fit magis activus, quàm alia Elementa; &, si illa non essent mixta cum igne per totum spatium, quod est ab hinc, ubi sumus, usque ad lunarem regionem, sol percuteret ignem tantâ influentiâ lucis, quòd ipsa lux multiplicaret tantam caliditatem, quòd nullum generatum corpus eam posset sustinere, ut habet B. DOCTOR loco supra citato; qui per ea, quæ ex eo diximus, satis ostendit intensam & extensam caliditatem & lucem, & intensum & extensum calefacere & lucere.

## DE QUANTITATE.

I. Cùm Deus sit infinitus, omni caret quantitate; &, cùm omnis creatura sit finita, omni non caret quantitate; si enim creatura sit incorporea, habet quantitatem incorpoream, nec sensibilem nec imaginabilem, sed solùm intelligibilem; quæ etiam nul-



nullo modo creaturam incorpoream extendit extensione successivâ formali, locali, temporali &c., sicut quantitas corporea (de quâ solâ quæstio erit) creaturam corpoream extendit, & propterea definitur esse id, cum quo substantia se extendit & est extensa, itâ tamen, ut quantitas sit supra extensionem, sicut color supra superficiem, ut habet B. DOCTOR *Lib. Prov. Cap. 29. N. 2.*

2. Quantitas dividitur in simplicem & compositam. Simplex est de simplici substantiâ Vg. de substantiali Bonitate &c.; composita autem est de compositâ substantiâ, in quâ conjunguntur Bonitas, Magnitudo, & quælibet pars substantialis cum suâ propriâ quantitate, itâ, quòd, sicut sunt in compositâ substantiâ multæ substantiales partes, itâ sint in eâ multæ quantitates intensæ, & de istis intensis quantitatibus componitur una extensa quantitas per omnes substantiales partes, existente qualibet parte substantiali in se ipsâ intensè, & in aliâ extensè, & existente unâ quantitate in se ipsâ intensè, & in aliâ extensè. Tota composita extensa quantitas sustentatur in longo, lato & profundo corporalis substantiæ compositæ de Bonitate & aliis substantialibus partibus, quæ sunt subjunctæ intensis quantitatibus intensè, & extensis quantitatibus extensè.

3. Nulla quantitas potest videri; si enim esset visibilis, converteretur cum colore, ut habet B. DOCTOR loco supra citato. Licet

autem intensa & extensa quantitas sit invisibilis sub colore substantiæ, est tamen imaginabilis per quantitatem, quam visus videt videndo colorem & figuram coloratam substantiæ, & quam tactus tangit tangendo super durum colorem & duram figuram substantiæ; hæc enim quantitas sic visa & tacta est imaginationi figura & similitudo quantitatis intrâ substantiam, ut habet B. DOCTOR in *Art. Amat. Dist. 2. de Reg. pag. 18.* immediatè autem substantiam & quantitatem, quæ est intrâ substantiam sub colore substantiæ, tactus non attingit; si enim hanc sic attingeret, durities & quantitas converterentur, ut habet B. DOCTOR *Lib. Prov. Capite supra citato.* Nec visus immediatè attingit quantitatem, nec substantiam; est enim illa potentia, quæ primò attingit colorem & figuram coloratam, & cum hac figurâ attingit imaginatio subjectum figuræ, quod est substantia quantificata sub coloratâ figurâ, quæ inhæret substantiæ quantæ vel quantificatæ per quantitatem, & per illam est quanta; & si cum hac figurâ, quam vident oculi, imaginatio non attingeret subjectum figuræ, capra non haberet timorem de lupo, nec imaginativa id, quod accipit per oculos, traderet intellectui, nec intellectus id, quod accipit de imaginatione per oculos, traderet memoriæ & voluntati, ut habet B. DOCTOR *Lib. Prov. Part. 2. Cap. 57.* quæ omnia sunt contra rationem & experientiam.

4. Quia videre est instrumentum lucidum dans lumen manibus ad operandum & pedibus ad ambulandum, ut habet B. DOCTOR ibidem, idèò videre causat imaginari, & imaginari causat intelligere, quomodo sit operandum & ambulandum. Hoc videre est sæpe imperfectum, sicut sol non bene videtur propter nimiam lucem, nec nix propter nimiam albedinem, nec valde parva propter nimiam parvitatem &c. Per hoc videre visivitas non relinquit suum proprium subjectum, nec objectum venit ad oculos, sed sola ejus similitudo. Videatur B. DOCTOR ibidem.

5. Hæc B. DOCTOR ibidem à Cap. 57. usque ad Cap. 63. de aliis sensibus modo si non per omnia simili, saltem haud multum dissimili exponit. Sic de auditu, qui est potentia sentiens sonum dicit, quod per naturam auditivitatis & audibilitatis sit audire; dum enim martellus percutiendo clavum percutit aërem in clavo, facit sonum, & istum sonum aër retinet in auribus, cum quibus participat. Iste sonus meliùs auditur de die, quàm de noctè, quia aër est magis spissus de nocte, quàm de die. Retinet etiam aër percussus in cisternâ, & propterea captus majorem sonum, quàm aër non captus. Sonus autem, quem aër percussus transmittit ad aures, vel retinet in auribus, non est ipse sonus, sed similitudo illius, ut enim dicit B. DOCTOR ibi-

ibidem *Cap. 59.* aures non accipiunt sonum tubæ, sed similitudinem ipsius. Nec imaginatio attingit ipsum sonum, sed similitudinem ipsius, ut habet B. DOCTOR ibidem *Cap. 58.* sic etiam res se habet cum odoratu, qui est illa potentia, quæ tantum sentit odorem, attingitque odorem cum aëre, sicut visus colorem cum luce; & sicut aures attingunt sonum per aërem percussum, ita odoratus attingit odorem per aërem vestitum odore, & eligit species cum odore, sicut oculi cum colore; & sicut (ceui dictum est) aures non accipiunt sonum tubæ, sed similitudinem illius soni, ita odoratus accipit eodem modo odorem à rosâ, ut habet ibidem B. DOCTOR *Cap. 59.* similiter gustus, qui est potentia attingens saporem, non attingit immediate ipsum gustabile, sed saporem, sive potius attingit ipsum gustabile cum sapore aut mediante sapore; & quia differentia est pars gustûs (idem de aliis sensibus esto iudicium) gustus per differentiam attingit diferentes sapes; & quia intellectus & naturalis instinctus participant per similitudinem, idè intellectus est magis sapiens in gustare, quam voluntas, ut habet B. DOCTOR ibidem *Cap. 60.* de tactu, qui est potentia attingens duritiam & molliem, ponderositatem & levitatem, & alia objecta, jam diximus, & dicimus adhuc, quod nullus sensus sit ita communis, sicut tactus; qui etiam est antecedens ipsius sentire, cum prius habeat suum

actum, quàm alii sensus. Hic tactus sentit ignem cum calore, & calorem sine medio, & id, quod multiplicat, est ipsius figura. Videatur B. DOCTOR ibidem *Cap. 61.* etiam per nullum sensum tantùm sentitur, quantum per tactum, ut ostendit B. DOCTOR in *Quest. per Art. Demonstr. solub. Cap. 121.* Ubi ita discurre: quia vegetativa est subjectum sensitivæ, & calor, frigus, fames, sitis, ægritudo &c. magis intensè adhærent vegetativæ, quàm sonus, color & odor, sensitiva magis intensè sentit per tactum, quàm per alios sensus. Plures Rationes videantur ibidem. Ubi etiam *Cap. 120.* doctè ostendit, quod vir plus sentiat in agendo, quàm mulier; mulier autem in patiendo plus sentiat, quàm vir. Diximus de quinque sensibus. Igitur & adjiciamus pauca de sexto sensu sive de affatu, qui est sensus incognitus, ut habet B. DOCTOR loco supra citato *Cap. 62.* ubi etiam habet, quod affari & loqui convertantur, & affatus & locutio verbi sint verba synonyma, sique affatus potentia manifestans conceptionem mentis; hæc enim est objectum affatûs, & lingua est illius instrumentum: unde etiam lingua est commune instrumentum ad affandum & gustandum, sicut sonus ad audiendum & loquendum. Affatus tradit scientiam auditui; & propterea affatus est figura intellectûs, & auditus memoriæ. Nec homines inter se, nec cum Deo possunt satis participare, nec artes & scientiæ

alius ostendit  
 o actu sensus  
 m Concordantiam  
 ber B. DOCTOR  
 s & alius  
 er: "Cum  
 & tam magno  
 re fecisset  
 lus," Hæc  
 tamen inordinat  
 tatis & libere  
 redemus ad ip  
 6. De hoc B  
 a. Co. 24. inter  
 itas nec est q  
 nis cum quan  
 est equalitas  
 les cum qua  
 creta est  
 17. Subje  
 extensius.  
 titatis N  
 is quærit  
 N. 18. N  
 veritur  
 Nulla qua  
 N. 20. N  
 tensa cum  
 D  
 Qualit  
 term

tiae satis ostendi sine affatu. Neque cum  
 ullo actu sensus habet Filius Dei tam mag-  
 nam Concordantiam, sicut cum affari, ut  
 habet B. DOCTOR ibidem; qui etiam ex  
 his & aliis ibidem videndis haud malè in-  
 fert: "Cum affatus sit tam nobilis potentia;  
 " & tam magnæ utilitatis, Dominus Natu-  
 " ræ fecisset illi injuriam, si non esset sen-  
 " sus." Hæc de sensibus incidenter, non  
 tamen inutiliter dicta sunt occasione quan-  
 titatis & substantiæ à sensibus affectæ. Nunc  
 redeamus ad ipsam quantitatem.

6. De hac B. DOCTOR *Lib. Prov. Part.*  
 2. *Cap. 29.* ulterius ita habet "N. 11. Quan-  
 " titas non est gravis, sed substantia est gra-  
 " vis cum quantitate. N. 13. Quantitas non  
 " est æqualitas, sed substantiæ sunt æqua-  
 " les cum quantitate. N. 14. Quantitas dis-  
 " creta est numerus unius substantiæ. N.  
 " 15. Subjectum continuæ quantitatis est  
 " extensitas. N. 16. Linea est figura quan-  
 " titatis. N. 17. Nulla figura est tanta simi-  
 " lis quantitati, sicut numerus numeratus.  
 " N. 18. Nullus numerus numeratus con-  
 " vertitur cum naturali quantitate. N. 19.  
 " Nulla quantitas spiritualis est imaginabilis.  
 " N. 20. Nulla substantia spiritualis est ex-  
 " tensa cum quantitate.

## DE QUALITATE.

1. **Q**ualitas est id, per quod numerus &  
 terminus est qualis. Sic Bonitas per

suum numerum est qualis, ejusque termini TIVUM, BILE, ARE per qualitatem sunt quales, & hoc quidem activè; istud verò passivè, & illud processivè. Per generalem qualitatem generalia Principia sunt qualia, & per specialem qualitatem species sunt quales. Alia sunt qualia per propriam qualitatem, & alia per appropriatam. Substantia mensurat cum quantitate, & qualificat cum qualitate. Qualitas non est visibilis, quia non convertitur cum colore; si enim cum illo converteretur, omnia qualia essent visibilia. Nulla propria qualitas relinquit suum subjectum. Hæc & plura alia videantur loco citato *Cap. 30.*

2. Bonitas substantialis habet unam qualitatem per se ipsam, & aliam per accidens. Cum qualitate, quam habet per se ipsam, qualificat Magnitudinem, Durationem &c. sub ratione Bonitatis, & cum qualitate, quam habet per accidens, magnificatur, durificatur &c. ab accidentali Magnitudine, Duratione &c., quas omnes qualitates Bonitas in se recipit, & de omnibus istis qualitatibus intensis sequitur una composita qualitas extensa per totam substantiam. Videatur B. DOCTOR in *Art. Amat. Dist. 2. de Reg. pag. 18.*

3. Ut de qualitate & naturâ illius meliùs discurrere valeamus, advertendum est ex B. DOCTORE in *Quæst. per Art. Demonstr. Jobab. Cap. 124. & 125.* quòd, sicut anima intel-

rreſſtiva habet potentias realiter diſtinctas, videlicet memoriam, intellectum & voluntatem ( harum realem diſtinctionem oſtendimus Libro de Angelis ) cum quibus agit, & cum quibus eſt realiter & formaliter idem, uti etiam ibidem oſtendimus; &, ſicut ſenſitiva habet potentias, ut viſum, auditum &c., cum quibus agit, & cum quibus eſt dicto modo idem, ita vegetativa habeat potentias, cum quibus agat, & de quibus eſt eſſentialiter conſtituta, ut ſit eſſentialiter dicto modo idem cum eis. Iſtæ potentiaſe ipſius primæ vegetativæ ſunt quatuor ſimplicia Elementa, per quæ & cum quibus agit, & producit ſecundam Vegetativam, quæ habet alias quatuor potentias, videlicet quatuor com-poſita Elementa. In animâ intellectivâ tres potentiaſe ſcilicet memoria, intellectus & voluntas, de quibus anima intellectiva eſt conſtituta, ſunt eſſentialiter & virtualiter, & hoc ſinè aliquâ contractione & diminutione alicujus illarum, cum quælibet ſit incorruptibilis. Similiter in ſenſitivâ ſunt ſex ſenſus, de quibus eſſentialiter & virtualiter anima ſenſitiva eſt conſtituta, & per quos ſenſitiva tanquam per propria instrumenta operatur : ergo etiam in ſecundâ vegetativâ conſtituta de ſuis potentiis videlicet de quatuor Elementis com-poſitis ſunt formales eſſentiaſe & virtutes ſimplicium Elementorum, & anima vegetativa per has eſſentias & virtutes tanquam per propria instru-



menta operatur. Sed, quia ipsa est unita de compositis Elementis, & ista de ipsis simplicibus Elementis sibi invicem contrariis, idè vegetativa secunda & omnia alia ex ipsis composita sunt de contrariis conflatis ad invicem & remissis Elementis. Hæc remissa simplicia Elementa sunt invisibilia, licèt figurativer appareant in figurâ Elementalî plantæ, bruti &c., & per hanc figuram forma sit imaginabilis, non sensibilis.

4. In Deo est una Bonitas, una Magnitudo; sed, quia in Bonitate (idem est de Magnitudine & aliis) est TIVUM, BILE, ARE. Bonitas per unum modum est Pater activè, & per alium modum est Filius passivè, & per alium modum est Spiritus S. Processivè. Simili modo in unâ vegetativâ compositâ de Elementis sunt diversæ proprietates, ut igneitas, aëreitas, aqueitas & terreitas, quæ tamen sunt in unâ generali & radicali Bonitate, Magnitudine &c., & ab eadem Bonitate, Magnitudine &c. sunt bona, magna &c., sicut Divina Essentia à Divinâ Bonitate (quæ tamen generalis non est) est bona activè, passivè & processivè. Simili modo caliditas ignis, humiditas aëris, frigiditas aquæ, & siccitas terræ sunt omnino distinctæ proprietates.

5. Sicut quatuor Elementa habent distinctas qualitates, cùm ignis habeat propriam caliditatem, aër propriam humiditatem, aqua

propriam frigiditatem, & terra propriam siccitatem, ità similiter quatuor Elementa habent distinctos colores, cùm ignis sit lucidus, ær sit Diaphanus, aqua sit alba, & terra sit nigra; &, sicut dictæ quatuor qualitates sunt principales & generales, sic dicti quatuor colores sunt principales & generales; nam luciditas est proprius color ignis, Diaphanitas æris, albedo aquæ, & nigredo vel opacitas terræ, estque per accidens, quòd ignis sit niger, ær sit lucidus, aqua sit Diaphana, & terra sit alba, sicut per accidens est ignis siccus, ær est calidus, aqua est humida, & terra est frigida; &, sicut dictæ quatuor qualitates in primâ materiâ & formâ sunt insensibiles, ità similiter dicti quatuor colores sunt invisibiles; &, sicut quælibet dictarum qualitarum est sensibilis in composito, ità quilibet dictorum colorum est visibilis in colorato; &, sicut qualitas cujuslibet Elementi habet proprietatem intrandi in quodlibet aliud Elementum, ut caliditas faciat ærem calidum, & sic de aliis, & de converso, ut fit in eis circulus, ità quilibet colorum habet proprietatem intrandi in quemlibet alium colorem, ut fiat ex his coloribus coloratum mixtum, sicut ex his qualitatibus fit quale mixtum in plantâ, bruto &c. Hæc & plura videantur in *Quæst. per Art. Demonst. solub. Quæst. 145.*

6. Quia terra est nigra & fusca, improprie suum colorem in cætera Elementa, quan-

do est dominans, sicut tenebras in oculum vel in cameram absente luce, vei in aërem, quando nox est. Unde, sicut Diaphanitas aëris illuminatur à luciditate ignis vel solis, ità absente hac luciditate aër denigratur à nigredine terræ; quia, cùm terra sit opposita aëri, mutat eum in colorem illi oppositum, videlicet in obscuritatem, quæ etiam à terrâ est impressibilis Diaphanitati aëris propter claritatem & subtilitatem, quam habet Diaphanitas. Similiter terra obscurat aquam & ignem, & per consequens aërem per totum spatium, in quo Elementa sunt mixta, in absentia solis moventis ignem, aërem & aquam ad claritatem.

7. Color Firmamenti est sic intensus in lividitatem, sicut color stellarum in luciditatem, & ideò, sicut luciditas solis mediante luciditate & Diaphanitate aëris illuminat in die partes Elementorum, quas attingit, ità lividitas octavæ sphaeræ Firmamenti de nocte obscurat partes Elementorum, quas lux solis non attingit, & in has partes imprimi suum lividum colorem, & ità mediante nigredine terræ de nocte sunt tenebræ, quia lividitas Firmamenti & nigredo terræ tendunt in obscuritatem, sicut lux solis & ignis tendunt in claritatem. Sunt etiam tenebræ per Eclipsin, nubes, grossos vapores, pluviam &c., quæ impediunt luciditatem solis, sicut sulphur luciditatem ignis, fumus luciditatem flammæ, nigredo Diapha-

ni-

nitatem Christalli, nigredo atramenti Diaphanitatem aquæ & vini &c. Plura loco citato videnda *Cap. 146.*

8. Plura de colore dat B. DOCTOR  
*Lib. Proverb. Part. 2. Cap. 55.* ubi brevibus verbis dicit "N. 1. Color est id, per quod corpus est coloratum. N. 2. Si non esset color, nihil esset visibile. N. 3. Omnis color habet appropriatam quantitatem. N. 4. Color est extensus per quantitatem corporis. N. 5. In colore luciditatis participant sol & ignis. N. 6. Diaphanitas est color aëris, & albedo aquæ, & nigredo terræ. N. 7. Per mixtionem Elementorum miscentur illorum colores. N. 8. De simplicibus conjunctis & mixtis coloribus sequitur compositus color. N. 9. Nullus simplex color videtur, & solus color est visibilis. N. 10. Simples colores ita sunt gradati in composito, sicut qualitates in substantiis Elementatis. N. 11. In croceo colore habet dominium color ignis, & in rubeo color aëris, & in viridi color aquæ, & in Livido color terræ. N. 12. Nullus color tam intensè recipit colorem ab alio colore, sicut Diaphanitas. N. 13. In rubeo colore est plus de impressionibus colorum, quàm in alio composito colore. N. 14. Diaphanitas Christalli plùs capit de similitudine rubei coloris, quàm de alio colore. N. 15. Quando pluvia cadit super plantas, magis multiplicat viridem co-

- „ lorem, quàm alium colorem. N. 16. In  
 „ livido colore est major impressio nigredi-  
 „ nis, quàm alterius coloris. N. 17. Co-  
 „ lor violæ est extensus color aëris. N. 18.  
 „ Secundùm quod compositi colores sunt in  
 „ majori vel minori quantitate, sunt eorum  
 „ partes simplices intensæ vel extensæ. N.  
 „ 19. Omnes colores sunt de uno commu-  
 „ ni colore. N. 20. Communis color fuit  
 „ concreatus cum communi substantiâ.

## DE RELATIONE.

1. **R**elatio definitur à B. DOCTORE *Lib.*  
*Prov. Cap. 31.* quòd sit significata ne-  
 cessitas unius per aliud, sicut, si est Pater,  
 convenit, quòd sit Filius, & si est causa,  
 convenit, quòd sit affectus: unde relatio est,  
 in quantum unum est de alio, vel unum est  
 per aliud, vel unum non est sinè alio, vel  
 quando est relatio communis, sicut amare  
 est communis relatio amantis & amabilis,  
 & æqualitas est communis relatio multo-  
 rum.

2. Deus Filius est de Deo Patre, & illa  
 Relatio est substantialis, quia Deus Filius  
 convertitur cum Essentiâ Patris, & S. Spi-  
 ritus est de Deo Patre & de Deo Filio, & illa Re-  
 latio communis est substantialis, quia Deus Spi-  
 ritus S. convertitur cum Essentiâ Patris & Filiis  
 sed de æqualitate rerum differentium per es-  
 sentiam est accidentalis relatio. Relatio-  
 nes

nes

res in Divinis sunt omni modo ante intellectum indistinctæ ab Essentiâ, ut in prioribus ostensum est; sed, an relationes in creatis sint ab extremis distinctæ? dubitare licet. Docet quidem B. DOCTOR in *Quest. per Artem Demonst. solub.* quòd quinque Universalia & decem Prædicamenta sint aliquid realiter extra animam. Similiter docet *Lib. Prov. Part. 2. Cap. 31.* quòd ratio sit Ens positivum; sed, an sit quid distinctum ab extremis, & extremis superadditum, sicut qualitas & quantitas à substantiis, quibus accidunt, & in quibus sustentantur, sunt distinctæ? non satis exprimit, imò videtur docere, quòd intellectus concipiat relationem tanquam extremis superadditam; dicit enim ibidem “ N. 19. Similitudo & necessitas, quas intellectus trahit de Patre & Filio, est accidentalis ratio ”: ergo videtur, quòd hæc similitudo & necessitas non sit ratio nisi per intellectum concepta. In his interim non moramur, sed illa relinquimus Philosophis, in hoc certificati & contenti, quòd Relationes in Deo sint substantiales à Divinâ Essentiâ ante intellectum omni modo indistinctæ.

3. In Bonitate (idem est de Magnitudine & aliis) est TIVUM & BILE, quæ sunt partes substantiales & essentielles, quæ referuntur ad invicem; quia, si est TIVUM, de necessitate est BILE. De istis TIVO & BILI sequitur de necessitate ARE pro-

ce-

cedens à TIVO & BILI, & de istis tribus TIVO, BILI, ARE, quæ sunt ipsa Bonitas substantialis, sequitur relatio subjectata in totalitate Bonitatis, & de istâ relatione, & relatione Magnitudinis, Durationis &c. intensâ sequitur una extensa relatio per totam substantiam, cujus extensæ relationis subjectum sunt materia, forma & substantia ex illis conjuncta; & hæc relatio est invisibilis, quia subjecta illius sunt invisibilia. Videatur B, DOCTOR *Art. Amat. pag. 18,*

## DE ACTIONE & PASSIONE.

1. **A**ctio & Passio definitur à B. DOCTORE *Lib Prov. Part. 2. Cap. 32.* quòd actio sit actus agentis, & Passio patientis; quia actio est instrumentum formæ, & passio instrumentum materiæ, & per majorem materiæ passionem est major dispositio formæ. Potentia trahit de objecto similitudinem, & cum hac se movet ad actionem vel ad passionem, & motus, cum quo se movet potentia ad agendum vel patiendum, est figura, in quâ apparent actio & passio; sed, quomodo & cui appareant? brevè dicetur.

2. Actio alia est substantialis, & alia accidentalis. *Prima* est illa, in quâ agens de suâ essentiâ producit productum substantiale, itâ, quòd de substantiali actione sit substantialis passio, uti est generatio hominis, animalis, plantæ &c. de actione & passione sub-

substantiali, & similiter in transmutatione unius speciei in aliam Vg. panis in carnem, est substantialis actio & passio. *Secunda* est illa, quæ est extra essentiam agentis, sicut est actio martelli in clavum; est enim actio martelli accidentalis, & similiter passio clavi, quia martellus nil de suâ essentiâ producit in clavo, nec clavis aliquid essentiæ ipsius recipit. Si autem martellus de se ipso faceret clavum, sicut homo de se ipso & de suâ naturâ generat hominem, actio martelli & passio clavi forent substantiales.

3. Per actionem finis sunt multæ passionēs; quia agens propter finem multa patitur, ut perveniat ad finem. Hæ passionēs, si sint bonæ, sunt desiderabiles; si verò sint malæ, sunt figura passionum inferni. Plura vide loco citato à B. DOCTORE expressa.

4. In Bonitate ( idem est de Magnitudine & aliis ) est substantiale TIVUM & BILE; quæ sunt partes substantiales Bonitatis; sed istæ partes nequeunt esse sinè aliis partibus substantiæ, Magnitudine, Duratione &c., earumque TIVO & BILI, & propterea Bonitas, ejusque TIVUM & BILE miscenda sunt cum Magnitudine, Duratione &c., earumque TIVO & BILI, ut quodlibet Principium cum suo proprio TIVO & BILI, sive cum suâ propriâ actione & passione veniat ad substantiam, ut per quodlibet TIVUM moveatur quodlibet BILE, sive, ut per formam



nam cujuslibet Principii moveatur materia  
 cujuslibet Principii, formâ, se moventē acti-  
 vè super suam materiam per totam substan-  
 tiam, & materiâ motâ passivè à formâ per  
 totam substantiam, & tunc à quolibet TIVO  
 & BILI invicem mixto procedit ARE, sive  
 unio inter TIVUM & BILE, sive inter for-  
 mam & materiam, & hoc TIVUM, BILE,  
 ARE, sive hæc materia, formâ & unio sunt  
 ipsa substantia & èconverso. Ista actio, pas-  
 sio & motus sunt res invisibiles, quia sunt  
 intrâ substantiam; sed per motum qui fit ex-  
 tra substantiam, & est similitudo motûs in-  
 trà substantiam, apparet potentiæ imagina-  
 rivæ, suntque ab eâ imaginabiles. Videatur  
 B. DOCTOR *Art. Amat. pag. 18.*

5. Deus est in sensu reali & formali sua  
 actio, passio & processio, & illæ in sensu  
 reali & formali sunt Deus; &, quia Passio  
 & Processio in Deo sunt de purâ formâ, imò  
 sunt eadem forma in sensu reali & formali,  
 licet hæc forma sit aliter in Patre, & aliter  
 in Filio, & aliter in Spiritu Sancto; in Pa-  
 tre enim Deitas est forma activè, in Filio pas-  
 sivè, & in Spiritu S. processivè, idèd Passio  
 & Processio in Deo sunt totæ perfectæ sine  
 omni imperfectione.

## DE HABITU.

1. **H**Abitus definitur à B. DOCTORE *Libi  
 Prov. Part. 2. Cap. 33.* quòd sit dispo-

stum vestimentum potentiae. Talis habitus est in Bonitate Magnitudo, & èconverso; quia Bonitas per Magnitudinem est magna & èconverso, & per Magnitudinem habet in Habitu magnificare & èconverso. Iste Habitus, quo Bonitas per Magnitudinem est vestita & èconverso, est substantialis magis desiderabilis, quàm habitus accidentalis; & si non esset habitus iste substantialis, nulla substantialis pars esset vestita de aliâ substantiali parte.

2. Vegetativa plantæ, leonis &c. habent in habitu generare, memoria memorare, intellectus intelligere, ac voluntas amare; sed potentiae istæ per suam dispositionem sine dispositione alterius nequeunt habituare, siue nequeunt habere in habitu generare, memorare, intelligere & amare; quia sine dispositione materiæ planta, leo &c., licet vegetativa illorum in se ad generandum sit disposita, nequeunt habere in habitu generare. Nec memoria, intellectus & voluntas, licet potentiae istæ in se sint dispositæ ad memorandum, intelligendum & amandum, sine dispositione memorabilis, intelligibilis & amabilis possunt habere in habitu memorare, intelligere & amare.

3. Per Finem Habitus sunt activi & passivi; nam, sicut potentia activa habet suum habitum per actionem circa finem, ita potentia passiva habet suum Habitum per passionem circa Finem; &, sicut nullus actus

actus est sine Habitu, ut habet B. DOCTOR loco citato; ita nulla passio videtur esse sine Habitu.

4. Intellectus facit sibi Habitum de similitudine objecti, & intellectus per hanc similitudinem intelligens induit se de intelligere, & intelligendo colligit Habitum extra, & ponit illum intra, & habitus scientiæ collectus extra & positus intra postea diffunditur extra, si intellectus suo scientiæ habitu non privetur per ignorantiam.

5. Habitus accidentales sunt substantiarum accidentalia vestimenta & instrumenta, & habitus artificiales sunt imagines Habituum naturalium. Plura loco citato videntur.

6. Habitus est intra substantiam, sicut Bonitas, quæ est intra substantiam habitus Magnitudinis & è converso, uti jam diximus: igitur Bonitas intra substantiam existit magna sub ratione Magnitudinis & è converso. Hic Habitus, qui est intra substantiam, est invisibilis & inimaginabilis, cum partes substantiæ sint invisibiles & inimaginabiles; si enim essent visibiles & imaginabiles, essent extra substantiam, & non intra illam, & una pars non esset in aliâ, & sequeretur, quòd quælibet esset per se substantia, quod est impossibile. Unde solus istius Habitus virtus & figura, quæ appareret extra substantiam, potest videri & imaginari.

18. Sicut definitio  
 Pro. Partitio  
 tio, ex qua ex  
 tiam una pars  
 beat unam qu  
 nom, quom  
 qui est accident  
 tes substantiar  
 una substantia  
 Bonitas, que  
 Dicitur &c.  
 Magnitudinis  
 nois &c.  
 ipius Bonitas  
 ne sua non  
 in una sub  
 & inimagina  
 visibilibus &  
 illis, & substant  
 est circuli  
 estque visibil  
 in extremit  
 DOCTOR  
 2. Ex B  
 BILI & AR  
 elius) exit fig  
 solis exit circ  
 orum est p

ginari. Vide B. DOCTOREM *Art. Amat.*  
pag. 18.

## DE SITU.

1. **S**itus definitur à B. DOCTORE *Lib. Prov. Part. 2. Cap. 38.* quòd sit Situatio, ex quà exit figura: nam intrà substantiam una pars est in alià, ut substantià habeat unam quantitatem extensam & continuam, quam non posset habere sine situ, qui est accidentalis pars substantiæ, ut partes substantiæ possint assituari ad invicem in unâ substantiâ & quantitate continuâ; sicut Bonitas, quæ est assituata in Magnitudine, Duratione &c. existens magna sub ratione Magnitudinis, & durans sub ratione Durationis &c. Idem est de TIVO, BILI, ARE ipsius Bonitatis, Magnitudinis &c., quæ sine situ non possent esse assituata adinvicem in unâ substantiâ. Hic situs est invisibilis & inimaginabilis, quia est ex partibus invisibilibus & inimaginabilibus, procedens ab illis, & sustentatus in illis; sed figura hujus situs est circularis, quadrangularis & triangularis, estque visibilis & imaginabilis, quia est colorata in extremitaribus substantiæ. Videatur B. DOCTOR in *Art. Amat. pag. 19.*

2. Ex Bonitate situatâ in suo TIVO, BILI & ARE (idem est de Magnitudine & aliis) exit figura triangularis. De assituazione solis exit circularis figura. Assituatio Elementorum est per quadrangularem figuram, &

Hh

Con-

Concordantia & Contrarietas Elementorum sunt assituatæ ad triangularem figuram.

3. In potentiâ Elementativâ est situata vegetativa, & in vegetativâ est situata sensitiva. In intelligere sunt situati multi actus, ita, quodd in intelligere sit una figura, quæ est de intelligere, & alia de verificare, & alia de possificare &c. Similitudo objecti est situata in potentiâ, quæ ipsam accipit, modo potentia sit proportionata & disposita ad receptionem illius similitudinis, cum assituatio vel maximè requirat dispositionem & proportionem.

4. Quilibet sensus habet suam propriam situationem in suo actu, sicut sapor gustus est assituatus in gustare, & gustare in illo. Imaginativa, dum imaginatur actus ipseus imaginationis, habet situationem per colorem & figuram. In Perfectione Finis sunt assituatæ Perfectiones illorum, qui illum desiderant, ut habet B. DOCTOR *Lib. Prov. Cap. citat.* sed hæc assituatio non videtur realis & physica. In nullâ autem privatione est assituatio, ut habet B. DOCTOR *ibidem*, ubi & plura de situ videri possunt.

## DE TEMPORE.

1. **T**empus definitur à B. DOCTORE *Lib. Prov. Part. 2. Cap. 35.* quodd sit instrumentum, cum quo substantiæ principiantur & moventur; non enim possunt sub-

stantiæ principiantur  
 sine tempore  
 possibile, & non  
 quod moventur  
 æ, quæ sunt  
 tempore, &  
 medio, &  
 retro.  
 2. Sicut est  
 nis in substa  
 est subjectum  
 attingere temp  
 potest attingere  
 vel illud imag  
 invisibile, &  
 in illo sunt p  
 veritatis & p  
 sive, exister  
 moventibus  
 gura tempo  
 temporis p  
 B. DOCTO  
 3. Dura  
 triæ, sicut  
 ras Durat  
 sit suam fin  
 tialis est fo  
 est accidens  
 substantiæ  
 substantiæ  
 tali quanti  
 pus est D

substantiæ principiari, nec moveri, nec durare finè tempore; &, licèt Tempus sit indivisibile, & non moveatur, omne tamen, quod movetur, in tempore movetur. Formæ, quæ sunt in potentiâ, sunt in facie temporis, &, quando sunt in actu, sunt in medio, &, quando sunt corruptæ, sunt retro.

2. Sicut extensio est subjectum quantitatis in substantiâ, ita tempus in substantiâ est subjectum motûs. Nullus sensus potest attingere tempus; &, quia nullus sensus potest attingere tempus, imaginatio non potest illud imaginari, cùm sit indivisibile, invisibile, & inimaginabile. Sed, quantum in illo sunt positæ partes substantiæ Universalis & particularis, est diffusum successivè, existentibus illis partibus successivis moventibus & motis, in quâ successione figura temporis est imaginabilis sub formâ temporis præteriti, præsentis & futuri. Ita  
**B. DOCTOR** *Art. Amat. pag. 18.*

3. Duratio est pars substantialis substantiæ, sicut Bonitas &c.; quia Divina æternitas Durationi creatæ substantialiter transmittit suam similitudinem. Ista Duratio substantialis est subjectum tempori substantiæ, quod est accidens sustentatum in illâ Duratione substantiali & exiens ab eâ, veluti Bonitas substantialis est subjectum Bonitati accidentali quantitatis, qualitatis &c. : igitur Tempus est Duratio accidentalis substantiæ, &

Duratio substantiæ est subjectum temporis, quod est similitudo & figura Durationis substantialis. Vide B. DOCTOREM loco jam citato.

4. Omnis possibilitas est in tempore; quia, si possibilitas fuisset, antequam tempus fuisset, motus esset in potentiâ extra tempus; quod est impossibile. Impossibile etiam est, quòd ex tempore sit aliquid; quia, si ex tempore posset esse aliquid, tempus esset substantia. Plura vide *Lib. Prev.* loco supra citato.

5. Æviternitas est imago æternitatis à parte *post*, in quâ æviternitate Sancti Gloriæ contemplantur æternitatem Dei; &, quia in æternitate Dei nulla est successio, idèd nulla est successio in Gloriâ Sanctorum; si enim in illâ esset successio, non esset contemplatio in Magnitudine Bonitatis, Durationis &c., cum major & perfectior sit Gloria successionem excludens, ut patet in Gloriâ Dei, quæ à parte *ante*, & à parte *post* omnem excludit successionem. Similiter discurre de pœnâ damnatorum ità magnâ, sicut est Magnitudo æviternitatis in pœnâ illorum, ut æviterna illorum pœna sit imago Divinæ æternæ Justitiæ à parte *post*.

## DE LOCO.

1. **L**ocus definitur à B. DOCTORE *Lib. Prev. Part. 2. Cap. 36.* quòd sit id, per

per quod una res potest esse in aliâ, aut (ût habetur ibidem) quod sit instrumentum, cum quo una pars potest esse in aliâ. Nam, quia in Bonitate est TIVUM, BILE, ARE. & TIVUM sinè loco nequit esse in BILE & ARE, nec èconverso, necesse est, esse locum, ut unus terminus sit in alio; & hoc idem sequitur de Bonitate, ut sit in Magnitudine, & èconverso; quia, cùm sinè loco una pars nequeat esse in aliâ, locus est accidens illud, per quod una pars potest esse in aliâ.

2. Deus creavit Locum, & in illo collocavit omnia; quia nihil creatum potest esse extra locum: nam, sicut est impossibile, quod creatura possit esse extra tempus, ita est impossibile, quod possit esse extra locum. Impossibile etiam est, quod locus sit sinè corpore; quia, si locus posset esse sinè corpore, posset esse vacuitas in naturâ.

3. Locus sic est instrumentum ad collocandum, sicut color ad colorandum, estque instrumentum alterius in se ipso; non enim locus est in se ipso, sed in substantiâ, & substantiâ existente in loco existit locus in illâ; & sicut corpus est in colore, & color in corpore, ita corpus est in loco, & locus in corpore; & sicut quantitas est extensa per substantiam, ita locus est extensus per figuram.

4. Sicut agens movet cum motu, ita agens collocat cum loco, & ille idem locus,

Hh 3

in



in quo martellus percutit clavum, est in mar-  
tello & in clavo. Locus non crescit, sed  
corpus crescit in loco; nec locus, quantum  
ad se ipsum, est divisibilis; si enim, quan-  
tum ad se ipsum, esset divisibilis, sua divi-  
sibilitas non esset in loco.

5. Locus, qui est intrâ substantiam, &  
exit de partibus substantialibus existente unâ  
parte in aliâ, sicut Bonitas in Magnitudine  
& èconverso, est invisibilis & inimaginabi-  
lis, quia quælibet pars est invisibilis & inima-  
ginabilis per hoc, quòd una pars sit in aliâ.  
Attingunt tamen sensus & imaginatio figuram  
loci, quæ est extra substantiam, & est com-  
posita circulariter vel triangulariter vel qua-  
drangulariter ex continente & contento, si-  
cut homo continetur sub habitu coloris vel  
aëris, vel vinum continetur in ampullâ.  
Hanc figuram perfectiùs attingit intellectus;  
quia, sicut intellectus attingit objectum per  
speciem perfectiùs, quàm ipsi sensus & ima-  
ginatio, ita perfectiùs attingit realitatem loci  
per figuram, quàm ipsi sensus & imagina-  
tio.

6. Soli substantiæ creatæ est locus neces-  
sarius etiam Angelo & animæ rationali à cor-  
pore separatae; quandoquidem Angelus &  
anima separata sint in loco, & locus sit in iis,  
licet aliter sint in loco, quàm corpora sint in  
illo, ut in Libro de Angelis satis dictum est.  
Solus autem Deus est in omni loco & ex-

tra

DOCTOR  
quæ in illis  
fideri. Ho  
TOR loco  
(per quos in  
tos) boni Ar  
us, & Ens, q  
est reale, &  
Ens, quod e  
cies. Ens,  
est mobile.  
quod est p  
ctum, & E  
quod est in  
sum, Ens,  
est dissimil  
& Ens,  
DOCTOR  
quas in  
producim  
Pag. 7.

tra omnem locum. Plura videantur *Lib. Prov.*  
*Cap. citat. & Art. Amat. pag. 19.*

## CAPUT II

De Modis Entis.

**B.** DOCTOR in Arbore Philosophiæ de-  
 sideratæ considerat Ens novem modis,  
 quia in illis novem modis possunt omnia con-  
 siderari. Hos novem modos refert B. DOC-  
 TOR loco citato *pag. 2.* his verbis : rami  
 (per quos intelligit B. DOCTOR hos mo-  
 dos) hujus Arboris sunt Ens, quod est De-  
 us, & Ens, quod non est Deus. Ens, quod  
 est reale, & Ens, quod est phantasticum.  
 Ens, quod est genus, & Ens, quod est spe-  
 cies. Ens, quod est movens, & Ens, quod  
 est mobile. Ens, quod est unitas, & Ens,  
 quod est pluralitas. Ens, quod est abstra-  
 ctum, & Ens, quod est concretum. Ens,  
 quod est intensum, & Ens, quod est exten-  
 sum. Ens, quod est similitudo, & Ens, quod  
 est dissimilitudo. Ens, quod est generatio,  
 & Ens, quod est corruptio. Subnectit B.  
 DOCTOR horum modorum definitiones,  
 quas in ipsâ clarâ B. DOCTORIS literâ  
 producimus, prout habentur loco citato  
*pag. 7.*



## De Ente, quod est Deus, & de Ente, quod non est Deus.

I. **ENS**, quod est Deus, est illud Ens, in quo Bonitas, Magnitudo, Æternitas, Potestas, Sapiencia, Voluntas & cæteræ Dignitates ad ipsum pertinentes sunt unum & idem numero. In nullo Ente creato sunt Bonitas, Magnitudo, Æternitas, Potestas, Sapiencia & Voluntas unum idem in numero, sed in solo Deo hanc Unitatem & identitatem habent; nam, si in Ente creato hanc haberent, quodlibet Ens creatum esset Deus toties, quoties sua voluntas vellet esse Deus; quantum enim vellet Bonitas, Magnitudo & Duratio, tantum posset scire & habere: &, quia in Deo Potestas, Sapiencia & Voluntas sunt unum idem numero, & ideò potest Deus tantum habere, quantum potest velle & scire: & suum velle est tantum, quantum suum posse & scire, & posse est tantum, quantum scire & velle: & idem sequitur de Scire, quod est tantum, quantum suum posse & velle. Igitur propter hoc potest Deus omnia facere præter defectum & peccatum, quæ non potest facere, quia illa non vult facere: &, quia sua Potestas, Sapiencia & Voluntas sunt idem numero cum suâ Bonitate, Magnitudine, Æternitate, Virtute, Justitiâ & Perfectione, ideò non potest facere peccatum & defectum.

Plurimas  
 tris suis MOG  
 ritim Tomo  
 uræ definitio  
 dei definitionem  
 definitionibus  
 mo loco ante  
 tra à B. DOC  
 liter bonæ &  
 B. DOCTOR  
 magni faciat  
 commenderet  
 & Divinis idem  
 Deo & Divinis  
 ne præter illu  
 sane. Scivit  
 quod scivit  
 verbis: Ipsi  
 am B. DOC  
 hoc, quod  
 sed non fe  
 istum refuta  
 dixille: Hi  
 Cathedra Thom  
 sint, non  
 Magnitudin  
 te, Gloria  
 tate &c. In  
 partes ante  
 re distinctas  
 nis stratas  
 neis infinita

2. Plurimas B. DOCTOR in omnibus Libris suis MOGUNTIAE impressis, præfertim Tomo 5. & 6. dat Dei & Divinae Naturæ definitiones, hanc tamen jam datam Dei definitionem ubique refert, & aliis Dei definitionibus quasi profert, dum illam primo loco ante alias refert, licet omnes datæ à B. DOCTORE definitiones sint æqualiter bonæ & veræ. Viderur sanè, quòd B. DOCTOR datam Dei definitionem adeò magni faciat eâ ex causâ, ut Theologis commendaret & inculcaret summam in Deo & Divinis identitatem sinè omni possibili in Deo & Divinis ante intellectum distinctione præter illam, quæ est relativa inter Personas. Scivit profectò B. DOCTOR, & quod scivit, fertur dixisse ad SCOTUM his verbis : *estne Deus totum vel pars?* fertur etiam B. DOCTOREM scripsisse Librum de hoc, quòd Deus sit totum, & non pars; sed non fertur, quòd SCOTUS Librum istum refutaverit; fertur autem SCOTUM dixisse : *Hic pauper Eremita ( B. LULLUS ) est Cathedrâ Theologicâ dignior, quàm ego.* ut ut hæc sint, non apparet, quòd de Deo, Divinâ Magnitudine, Perfectione, Virtute, Veritate, Gloriâ, Totalitate, Infinitate, Simplicitate &c. satis dignè sentias & doceas, dum partes ante intellectum Thomisticè aut Scotisticè distinctas minùs strictas, & ex illis minùs strictas compositiones, plura in suis lineis infinita, & relationes in Deo in sensu

formali nec perfectas nec imperfectas defendis. Certè digniùs de Deo sentit & docet, qui has partes, has compositiones, hæc plura infinita, & similes in Deo nec perfectas nec imperfectas relationes à Deo, qui est summa & suprema Magnitudo, Perfectio, Totalitas, Simplicitas & Infinitas, quàm longissimè elongat, imò in Deo cogitare perhorrescit. Digniùs etiam de Deo sentit & docet, qui Metaphysicas in Deo pullulationes in nullo Ecclesiæ Patre & Doctore fundatas, & nec ab ipso DOCTORE SUBTILI somnias, sed ab alio (nescio, à quo & quali) excogitatas & fictitatas perhorrescit tanquàm nugas nugarum Deo indignas, aut certè non satis dignas. Stante etiam dubio, an sit possibilis in Deo totalitas sinè his partibus, Simplicitas sinè his compositionibus, Infinitas sinè pluribus in suâ lineâ infinitis, relatio, quæ esset in sensu formali Perfectio, asserenda est omnium illarum possibilitas, donec per Ecclesiæ definitionem, aut certam, evidentem & stringentem rationem possibilitas ista evadat impossibilitas. Sed ubi Ecclesiæ Definitio? ubi certa, evidens & stringens ratio? Ecclesiæ Definitio nulla est, nec pro unâ nec pro alterâ parte, cùm in facie Ecclesiæ quælibet pars hucusque suam tenendo & tuendo sententiam reputata fuerit Catholica. Si verò ad rationes certas, evidentes & stringentes provocetur, illæ pro possibilitate totalitatis sinè

partibus &c.  
videntes ac firmi  
nt pro impossibilitate  
totalitatis &c.  
pro possibilitate  
tota Deo ind  
quæ post se re  
pro impossibilitate  
omne est sapi  
etque sapient  
nis contra impo  
stram solam du  
totalitate sinè pa  
pationibus, in  
lineâ infinitis.  
li perfectissimi  
Deo, & Lib  
Questionibus  
CHRISTI,  
venies, qu  
runt, & in  
dubitatione  
& defendere  
CHRISTI  
noribus pr  
Sententias L  
gis dignas p  
nisi obster  
contradictio  
3. Eos  
est creatur  
Bonitas, M

sine partibus &c. sunt magis certæ, & magis  
 evidentes ac stringentes, quàm illæ, quæ  
 sunt pro impossibilitate hujus sine partibus  
 totalitatis &c. Illæ etiam rationes, quæ sunt  
 pro possibilitate, non trahunt post se illa ab-  
 surda Deo indigna vel saltem minùs digna,  
 quæ post se trahunt illæ rationes, quæ sunt  
 pro impossibilitate; proptereaquæ dubium  
 omne est sapienter & sanctè deponendum,  
 estquæ sapienter & sanctè asserenda possibili-  
 tas contra impossibilitatem, cùm Deus ob no-  
 stram solam dubitationem non debeat privari  
 totalitate sine partibus, simplicitate sine com-  
 positionibus, Infinitate sine pluribus in suâ  
 lineâ infinitis, & relationibus in sensu forma-  
 li perfectissimis. Plura in Nostro Libro de  
 Deo, & Libro de Deo - Homine in multis  
 Quæstionibus de Deo, Animâ & Corpore  
 CHRISTI, ac Virgine sine labe conceptâ in-  
 venies, quæ ad præsens plurimùm confe-  
 runt, & in quibus ob tuam ignorantiam vel  
 dubitationem Tibi nullo modo licet eligere  
 & defendere Sententias Dei Dignitatibus, &  
 CHRISTI ac MARIÆ prærogativis & ho-  
 noribus præjudiciosas & periculosas, sed  
 Sententias Deo, CHRISTO & MARIA ma-  
 gis dignas potegere ac promovere obligaris,  
 nisi obstat Ecclesiæ Definitio, aut manifesta  
 contradictio. De his his brevè adhuc plura.

3. Ens, quod non est Deus, est id, quod  
 est creatura. In hoc ente omnia principia,  
 Bonitas, Magnitudo &c. sunt finita, realiter

com-

composita, & realiter distincta, uti ratio ex B. DOCTORE supra N. 3. data, aliæque rationes in prioribus datæ satis ostendunt contra identitatem & simplicitatem creatam ab ANTI-LULLISTIS magis suppositam, quàm probatam.

4. **ENS**, quod non est Deus, sed est creatura, consideratur sub octo speciebus seu modis, sub quibus comprehenditur omne ens creatum, scilicet : Angelus, Firmamentum, Anima rationalis, Potentia imaginativa, Potentia sensitiva, Potentia vegetativa, Potentia Elementativa, & Potentia instrumentiva, de quibus ex B. DOCTORE in Nostro Libro de Angelis diximus satis, modò ibidem dicta bene legantur, & bene percipiantur. Unde, quando Tibi fient Quæstiones, considera terminos Quæstionis, in quam istarum octo specierum cadant, & responde secundùm naturam eorum, & secundùm processum hujus scientiæ.

## De Ente, quod est reale; & de Ente, quod est phantasticum.

1. **ENS**, quod est reale, est illud, à quo humanus intellectus abstrahit similitudines, ex quibus componit suum phantasticum intelligere. Istud ens dicitur reale, quia existit in se ipso; &, quamvis humanus

intellectus non  
 re ipso hoc, quod  
 2. **ENS**, quod  
 mod humanus  
 onit de speciebus  
 rem enim  
 manus intellectu  
 3. Quia **ENS**  
 ens reale & en  
 ens reale, nec  
 DOCTORI à  
 docenti, cui **ENS**  
 qua de hoc ente  
 in avem nulli **ENS**  
 sit aliqua de hoc  
 pio se, quis  
 is medi? &  
**ENS** medium  
 non miretur?  
 im. Hoc en  
 medii Patroni  
 non est res ph  
 ficam & stricte  
 Nec hoc en  
 quia non est ph  
 ut reitionis op  
 testam & intell  
 promanatione  
 promanatum  
 intia, & in L  
 ed, cum ne  
 metaphysica E

nus intellectus non esset, ipsum remaneret in se ipso hoc, quod est.

2. Ens, quod est phantasticum, est illud, quod humanus intellectus multiplicat & componit de speciebus, in quibus attingit veritatem entium. Hoc ens non esset, nisi humanus intellectus esset hoc, quod est.

3. Quia Ens, quod esset medium inter ens reale & ens phantasticum, & nec esset ens reale, nec esset ens phantasticum, B. DOCTORI à Deo non est inspiratum a veo edoceri, cui Ecclesiæ Patri & Doctori aliqua de hoc ente medio sit facta inspiratio: si autem nulli Ecclesiæ Patri & Doctori facta sit aliqua de hoc ente medio inspiratio, cupio scire, quis sit primus Author hujus entis medii? & quo Authore pervenerit istud Ens medium ad Philosophiam, imò ( quis non miretur? ) ad ipsam Sstam Theologiam. Hoc ens medium ( dicunt hujus entis medii Patroni ) non est ens strictè reale; quia non est res physica & strictè realis per physicam & strictè realem causalitatem producta. Nec hoc ens medium est ens phantasticum; quia non est productum per solius phantasiæ aut rationis operam, sed ante omnem phantasiam & intellectum est per pullulationem & promanationem metaphysicam pullulatum & promanatum in creaturâ à creatâ ipsius essentiâ, & in Deo ab Essentiâ ipsius in creatâ. Sed, cum nec hæc pullulatio & promanatio metaphysica B. DOCTORI sit inspirata, de-

fide-



fidero informari, cui Ecclesiæ Patrum &  
 Doctorum hæc pullulatio & promanatio me-  
 taphysica sit inspirata; si autem nulli Eccle-  
 siæ Patrum & Doctorum facta sit aliqua de  
 hac pullulatione & promanatione metaphy-  
 sicâ inspiratio, ulterius desidero scire, quis  
 hujus pullulationis & promanationis meta-  
 physicæ primus sit Author? & quo Authore  
 pervenerit ista pullulatio & promanatio me-  
 taphysica ad Philosophiam, imò (quis non  
 aniretur?) ad ipsam Sstam Theologiam? quid  
 plus? peto, ut Patroni hujus pullulationis  
 metaphysicæ, & pullulati per illam entis me-  
 dii non supponant, quod dicunt, sed hanc  
 pullulationem & pullulatum per illam ens  
 medium ex autoritate non levi, sed gravi,  
 atque ex ratione non leviter probabili, sed ex  
 ratione verè & solidè probabili ostendant.  
 Hæc mea petitio eò magis est rationabilis;  
 quia hanc pullulationem & pullulatum per  
 illam ens medium (quod dicunt, esse aliqui-  
 tatem, formalitatem & realitatem metaphy-  
 sicam) non solùm in creaturâ, verùm etiam  
 in ipso Deo defendunt, in quo non quævis  
 per solam phantasiâ somniata, nec per so-  
 lum intellectum excogitata, neque solùm te-  
 nuerit probabilia, sed verè & solidè proba-  
 bilia, & quidem non solùm minùs probabi-  
 lia, sed magis & maximè probabilia statu-  
 enda sunt & defendenda; quia summa ratio  
 habenda est pro Deo, & summa habenda est  
 con-

sideratio illorum  
 canitur in Deo.  
 4. Subtilitas  
 ysticæ, & pu-  
 od nec est ens  
 as merè phant-  
 tuale, sed est  
 itas rei, fundat  
 lationis & pu-  
 Patroni) quod  
 dicata illi à pa-  
 dentibus, qualis  
 & similes sed,  
 cora detinuerit  
 veris (quæ defi-  
 tes, licet illes,  
 nec probare po-  
 no omnia so-  
 implicissimum  
 ibile, sed pe-  
 attingibile, d  
 In creaturis ex  
 ste, finita, &  
 ur, quòd illi  
 eant) id eò in  
 debet esse (qui  
 non est stricte  
 rema stricte  
 & res, nec  
 vel extrema  
 olam phanta-  
 uricata, sed

consideratio illorum, quæ statuuntur & defenduntur in Deo.

4. Subtilitas hujus pullulationis metaphysicæ, & pullulati per illam entis medii, quod nec est ens strictè reale, nec etiam est ens merè phantasticum, aut solùm intellectuale, sed est aliquitas, realitas aut formalitas rei, fundatur in eo (dicunt hujus pullulationis & pullulati per eam entis medii Patroni) quòd in creaturâ inter diversa prædicata illi à parte rei convenientia sit realis identitas, qualis est inter animal & rationale & similia; sed, quia illa sic realiter identificata definiuntur definitionibus formaliter diversis (quas definitiones dicunt esse adæquatas, licèt illas adæquatas esse non probent, nec probare possint, præsertim in Deo, in quo omnia sunt unum & idem simplex & simplicissimum, à nobis adæquatè non conceptibile, sed per solos conceptus inadæquatos attingibile, ut in prioribus satis dictum est. In creaturis autem omnia sunt realiter distincta, finita, & composita, & idèd transmittitur, quòd illa à nobis adæquatè concipi valeant) idèd inter illa realiter sic identificata debet esse (ajunt) distinctio formalis, quæ non est strictè realis, cùm non sit inter extrema strictè realia, seu inter physicas res & res, nec sit inter extrema phantastica, vel extrema rationis, seu inter extrema per solam phantasiam aut per solum intellectum fabricata, sed sit distinctio ista præciso omni

ni phantasiæ & intellectûs opere. En! adest ratio pro ente medio inter ens reale. & ens phantasticum, & pro necessitate metaphysicæ pullulationis hujus entis medii ab essentiâ creatâ. Hoc ens medium (ulteriùs dicunt) est quoque necessarium, ut evitetur contradictio inter gradus metaphysicos, quæ est inter animal & rationale & similia; si enim inter animal & rationale, inter quæ est realis identitas, nulla sit distinctio ante intellectum formalis media, jam, ut per se manifestum videtur (ajunt) adest contradictio. Ecce! adest nova ratio pro ente isto sic pullulato, quæ ratio (dico ego) aliquid veritatis haberet, si solidè probaretur, quòd hæc contradictio sit secundùm rem ipsam & non secundùm solam rationem; sed id non probant, nec probare possunt ANTI-LULLISTÆ; bene autem probare possunt LULLISTÆ, secundùm quos omnis in creatis distinctio est strictè realis. Interim adhæc denuò

5. Respondeo Primò : satis per totum hunc, Librum ostensum est, quòd in creatis nulla detur identitas, nec ulla in creatis detur simplicitas, sed omnia creata sint realiter composita, & realiter distincta : igitur Patroni hujus entis medii sic pullulati laborant in malo supposito, quòd nimirùm in creatis detur realis identitas, cùm tamen illa sit in creatis impossibilis. Unde priùs solidè probetur possibilitas realis identitatis in  
crea,

creatis. & exp  
hic identitate  
formalis med  
is intrinsec  
ille, qui han  
solidè probav  
tatis ad AN  
ponitur, cū  
sit supposit  
probarum &  
tinquam ces  
sui tali Auth  
tum, cui cont  
modo dicitur  
6. Respon  
sed non admit  
identitas inve  
& inter illa r  
ante intellect  
virtualis T  
necessitas al  
virtualitatum  
physicè pullu  
strictè realit  
ter physicè  
pullulatione  
reali naturâ,  
physicè & r  
cum naturâ  
prædicata fo  
spirantes, qu  
tiam, &

creatis, & ex post procedatur ulterius, an cum hac identitate reali componi possit distinctio formalis media, aut etiam distinctio virtualis intrinseca. Sed quis est ille, & ubi est ille, qui hanc realem in creatis identitatem solidè probavit & clarè ostendit? hæc identitas ab ANTI - LULLISTIS ut certa supponitur, cum tamen nihil tanquam certum sit supponendum, nisi ab ante fuerit solidè probatum & clarè ostensum, & propterea tanquam certum sit communiter receptum, aut tali Authoritate sit firmatum & confirmatum, cui contradicere nefas foret. Eodem modo discurre de simplicitate creatâ.

6. Respondeo *Secundò* : transmissio etiam, sed non admissio, quòd detur realis in creatis identitas inter prædicata realiter identificata, & inter illa realiter identificata detur distinctio ante intellectum formalis SCOTISTICA, aut virtualis THOMISTICA, nulla tamen est necessitas aliquitatum aut formalitatum aut virtualitatum ab essentiâ pullulatione metaphysicâ pullularatum; quia, sicut prædicata strictè realia naturæ physicæ non producuntur physicè à physicâ naturâ, nec pullulant pullulatione physicâ strictè reali à physicâ reali naturâ, sed à causâ reali physicâ sunt physicè & realiter producta concomitanter cum naturâ reali physicâ, ut certum est, ita prædicata formalia, aut formalitates seu aliquitates, quæ sunt in essentiâ & intrâ essentiam, & cum essentiâ sunt realiter unum

& idem, & solùm Virtualiter aut formaliter ab essentiâ sunt distinctæ, non pullulant pullulatione metaphysicâ ab essentiâ, sed, dùm causa physica produxit physicè naturam physicam, produxit concomitanter omnia prædicata physica in naturâ physicâ, simulque concomitanter produxit essentiam metaphysicam & omnes formalitates metaphysicas essentiæ metaphysicæ convenientes; & propterea, sicut nulla est necessitas alicujus pullulationis physicæ, quâ prædicata strictè realia pullularent pullulatione physicâ à naturâ physicâ, sed omnia prædicata physica naturæ physicæ sunt concomitanter producta ab illâ causâ physicâ, à quâ physicè producta est natura physica, ita nulla est necessitas alicujus pullulationis metaphysicæ, quâ ab essentiâ metaphysicâ essent pullulata prædicata metaphysica, aut formalitates & aliquid rei physicæ, sed cum naturâ physicâ concomitanter sunt producta omnia prædicata physica, & metaphysica, quæ sunt in naturâ physicâ, si præter prædicata physica dentur prædicata metaphysica realiter eadem, & formaliter aut virtualiter ante intellectum distincta, uti THOMISTÆ & SCOTISTÆ affirmant, & LULLISTÆ negant. Imò major est ratio, quòd prædicata metaphysica (supposito quòd dentur) sint producta concomitanter cum naturâ physicâ à causâ physicâ, quàm quòd prædicata physica sint producta concomitan-

cum natura  
 ia prædicata  
 si physice à  
 realiter indistincta sunt.  
 fisica, quam  
 latores dicunt  
 dicuntur me  
 aliquorum &  
 physico, qui  
 sicam fontalem  
 metaphysicâ,  
 et, sequitur,  
 necesse cum nat  
 ia metaphysic  
 cum natura p  
 etiam via p  
 physica con  
 quòd physica  
 comitanter  
 sica & metaph  
 ducta à caus  
 la sit necess  
 cæ & metaph  
 7. Respon  
 Essentiâ, qu  
 nentur & pu  
 quæ dicuntur  
 Strictè realit  
 naturæ & p  
 ad physica

rer cum naturâ physicâ à causâ physicâ ;  
 quia prædicata metaphysica sunt aliquitates  
 rei physicæ à re physicâ ante intellectum  
 realiter indistinctæ, sicuti tamen prædicata  
 physica à re & naturâ physicâ realiter di-  
 stincta sunt. Cùm etiam essentia metaphy-  
 sica, quam Philosophi & Theologi pullu-  
 latores dicunt fontem metaphysicum præ-  
 dicatorum metaphysicorum, formalitatum,  
 aliquitarum &c., ex nullo alio fonte meta-  
 physico, qui fuisset ante essentiam metaphy-  
 sicam fontalem, sit pullulata pullulatione  
 metaphysicâ, nec essentia ista sit improdu-  
 cta, sequitur, quòd sit producta concomi-  
 tanter cum naturâ physicâ ; & , si ista essen-  
 tia metaphysica sit concomitanter producta  
 cum naturâ physicâ, sequitur ulterius, quòd  
 etiam alia prædicata metaphysica cum naturâ  
 physicâ concomitanter sint producta, sive  
 quòd physicè producto ente physico con-  
 comitanter cum illo omnia prædicata phy-  
 sica & metaphysica (si illa dentur) sint pro-  
 ducta à causâ physicâ ; & consequenter nul-  
 la sit necessitas alicujus pullulationis physi-  
 cæ & metaphysicæ.

7. Respondeo *Tertiò* : omnia, quæ ab  
 Essentiâ, quæ dicitur metaphysica, origi-  
 nantur & pullulant, origine & pullulatione,  
 quæ dicitur metaphysica, sunt physicè &  
 Strictè realia : ergo essentia, ex quâ origi-  
 nantur & pullulant, non est metaphysica,  
 sed physica & strictè realis. Antecedens ex

ex eo probatur, quòd omnia ista habeant effectus physicos strictè reales; quia animal facit hominem vivere & sentire, rationale facit illum discurre, risibile facit illum ridere, & ità de aliis: ergo, cùm omnia ista habeant effectus physicos strictè reales, sunt entia physica strictè realia, & non sunt entia metaphysica latè & minùs strictè realia, nec sunt solùm formalitates, aliquitates aut virtualitates, sed sunt res à re reali & physicà provenientes. Si recurras ad duplex animal, duplex rationale, duplex risibile &c., unum physicum & alterum metaphysicum, unum physicè & alterum metaphysicè existens existentia ante intellectum tali, da & ostende duplicem effectum duplicis animalis & duplicis rationalis ac duplicis risibilis &c. Effectum physicum illorum jam dedi, sed quis est effectus metaphysicus illorum? effectus illorum metaphysicus est (dices) quòd illa metaphysicè spectata sint realiter identificata, & se se invicem inter se, & ab essentia metaphysicà, à quâ pullulatione metaphysicà pullulant, distinguant distinctione ante intellectum formali aut virtuali. Sed (dico ego) nunquid supponis, quòd in æternum non probabis, dari realem in creatis identitatem? hac etiam impossibili identitate transmissà quæro, an illa realiter sic identificata se distinguant per se ipsa, vel per quid illis superadditum? si se distinguant per se ipsa, distinctio illorum non est effectus ab illis

illo modo  
ant per aliquo  
eradditum ab  
a etiam con  
men non est et  
sed est ratio  
liter aut virtu  
untur. Unde  
ficos animalis  
physici assign  
mai & ration  
tibil sunt, mis  
reius ratiocin  
his non raro,  
& Respon  
dum erat F  
dum, quod  
nec esset su  
corporale,  
rum quant  
esset quale  
tà &c. &c.,  
mentum su  
ens strictè  
quod nec es  
tasticum; &  
dunt ad le  
sterius ens  
ens phanta  
probabiliss  
cent sapie  
9. Res

illis ullo modo distinctus; si verò se distinguant per aliquid illis superadditum, hoc superadditum ab aliis prudenter negatur; & si etiam concedatur, hoc superadditum tamen non est effectus illorum metaphisicus, sed est ratio formalis, per quam illa formaliter aut virtualiter ante intellectum distinguuntur. Unde, cùm nullus effectus metaphisicus animalis & rationalis ac risibilis metaphisici assignari valeat, infertur, quòd animal & rationale, ac risibile metaphisicum nihil sint, nisi quid phantasticum, aut opus rationis ratiocinantis aut ratiocinatæ, quod hìc non curo, nec discutio.

8. Respondeo *Quartò*: sicut nullum solidum extat Fundamentum statuendi ens medium, quod nec esset Deus, nec creatura, nec esset substantia, nec accidens, nec esset corporale, nec incorporale, nec esset quantum quantitate continuâ, nec discretâ, nec esset quale qualitate propriâ, nec appropriatâ &c. &c., itâ nullum extat solidum Fundamentum statuendi ens creatum medium inter ens strictè reale, & ens phantasticum, sive quod nec esset ens strictè reale, nec ens phantasticum; & sicut priora entia media spectant ad levissimum probabilissimum, itâ posterius ens medium inter ens strictè reale & ens phantasticum ad justâ ratione destitutum probabilissimum spectat, uti haud pauci dicent sapientes.

9. Respondeo *Quintâ*: quòd hæ pullula-



tiones metaphysicæ, & entia media per illas pullulata in creatis admittantur & defendantur, adhuc tolerabile foret à creatâ patientiâ; sed, quòd hæc pullulationes, & hæc entia media per illas pullulata in Deo collocentur & propugnentur, cum patientiâ tolerabile non videtur illis, qui in sacrâ doctrinâ & scientiâ Theologicâ vel modicè tincti Deum secundùm suam considerant Nobilitatem. *Primò* enim nullus Ss. Patrum & Ecclesiæ Doctorum has pullulationes & hæc pullulata entia agnovit & docuit. Apparet quidem ex aliquibus Patribus & Doctoribus Ecclesiæ, imò & ex quibusdam Ecclesiæ Conciliis, quòd in Deo inter essentiam & relationes, inter Essentiam & Dignitates, & inter ipsas Dignitates sit aliqua ante intellectum distinctio, si illorum Patrum & Conciliorum loquendi & arguendi modus attendatur, quæ tamen apparentia ex Patrum & Conciliorum loquendi & arguendi modo desumpta istam inter jam dicta ante intellectum distinctionem haud satis probat, uti satis ostendimus in prioribus: nullus autem Ecclesiæ Pater & Doctor, nullumque Ecclesiæ Concilium alicujus in Deo metaphysicæ pullulationis, & per illam in Deo pullulati entis medii vel à longè memoriam facit. Quis ergo primus hujus metaphysicæ in Deo pullulationis, & per illam pullulati in Deo entis medii fuit Author? *Secundò* pullulatio ista est Deo injuriosa, suntque

Deo injuriosa  
eo pullulata  
quod est in Deo  
quod perfectio  
tres & Theologicæ  
pullulatio  
set perfectio  
tia media per  
ficam in Deo  
ostenditur,  
(quæ etiam  
ne in Deo dicitur  
hæc entia  
quidem relictæ  
in Deo dicitur  
relictæ, quæ  
dem infinitæ  
nequeunt  
feditissima  
perfectio  
impossibile  
10. R  
malitates  
(ceu dicitur  
(ceu dicitur  
tum Deo  
taphysicæ  
queunt,  
physicom  
clarum vi  
metaphy  
sica total

que Deo injuriosa entia media per illam in Deo pullulata; veluti sic ostendo: omne, quod est in Deo, est perfectissimum, irà, quòd perfectius cogitari nequeat, uti Patres & Theologi uno ore affirmant: sed pullulatio ista metaphysica in Deo non esset perfectissima, nec perfectionem metaphysicam in Deo pullulata; ergo. Minor ex eo ostenditur, quòd per istam pullulationem (quæ etiam infinita esse deberet, cum omne in Deo dabile sit infinitum) non pullulentur entia perfectissima strictè realia, & quidem realia realitate infinità (qualia sola in Deo dantur) sed sola entia minùs strictè realia, quæ certè entis strictè realis, & quidem infinitè realis Perfectionem attingere nequeunt; & consequenter non sunt perfectissima; &, quia non sunt perfectissima perfectione infinità infinitè reali, in Deo sunt impossibilia.

10. Respondeo *Sextò*: entia ista seu formalitates istæ sunt partes metaphysicæ in suis (ceu dicitur) lineis infinitæ, componuntque (ceu dicitur) compositione minùs strictâ totum Deum metaphysicum; quia partes metaphysicæ Deum physicum componere nequeunt, sicut partes physicæ Deum metaphysicum componere nequeunt, ut per se clarum videtur: ergo datur Deus physicus & metaphysicus. Physicus, qui est ipsa physica totalitas & ipsa physica simplicitas sine

ullis partibus physicis strictè realibus, ut admittitur ab ipsis pullulatoribus; & metaphysicus, qui ex partibus metaphysicis minùs strictè realibus compositione minùs strictà est compositus, uti pullulatores suâ phrasi loquuntur, & esse desiderant. An ità sentientes & docentes satis dignè sentiant & loquantur de Deo? an illorum doctrina & loquela solidam scholasticam aut speculativam attingat probabilitatem? aliis relinquo judicandum. Ego Deum physicum sinè ullis partibus physicis & metaphysicis simplicissimum & perfectissimum credo, adoro & aliquando videre spero; alios, quod eorum pace dixerim, Dei metaphysici, artificiosa imaginatio delectet, ut lubebit.

IX. Respondeo *Septimò*: *Distinctio formalis media est inventum Divinum ad superandas insuperabiles difficultates de Ssmâ Trinitate*, ut loquitur HERICE citatus in Dissertatione Nostrâ typo Moguntino vulgatâ, in quâ Distinctionem istam propugnavi contra quendam pro tunc nondum EXIMIUM, sed pro nunc EXIMIUM, qui illam ad Regnum Chymerrarum ablegaverat. Quid fecit iste P. EXIMIUS? nihil respondit, cum tamen respondere potuisset, & quidem cum fundamentis solidissimis, uti pro tunc non agnovi, sed pro nunc ex Doctrinâ B. LULLI agnosco. Sed quare pro tunc non agnovi? supponebam, quòd in creatis daretur realis identitas, simplicitas &c, Item supponebam, quòd &

in

creatis & in  
 metaphysica, &  
 equitates & for  
 lam pullulato  
 inmixtus, & ex  
 dejectus facile  
 B. LULLI Do  
 cidissimo oculis  
 nam meorum  
 deoque, quòd  
 fit inventum  
 peribiles difficul  
 fit inventum mer  
 tate & veri Ssm  
 dignam; quia  
 cedentibus, U  
 non summa, t  
 non summa,  
 nitas, que in  
 ctio nec imp  
 vere Ssmæ  
 propterea  
 media fit Di  
 de Ssmâ T  
 difficultates plu  
 Deitate & v  
 das, atque e  
 verâ Ssmâ D  
 generandos a  
 do. Ratio,  
 malis media  
 ventio Divin

in creatis & in Divinis daretur pullulatio metaphysica, & darentur entia media, sive aliquitates & formalitates metaphysicæ per illam pullulatæ. His suppositis pro tunc innixus, & ex suppositis his pro tunc non dejectus facilè vincebam. Ast modò in ipsâ B. LULLI Doctrinâ tanquam in speculo lucidissimo oculis vel semi-apertis video magnam meorum suppositorum debilitatem, videoque, quòd Distinctio formalis media non sit inventum Divinum ad superandas insuperabiles difficultates de Ssmâ Trinitate, sed sit inventum merè humanum verâ Ssmâ Deitate & verâ Ssmâ Trinitate saltem non satis dignum; quia, ut satis ostensum est in præcedentibus, Unitas non summa, Identitas non summa, totalitas non summa, infinitas non summa, simplicitas non summa, & Trinitas, quæ in sensu formali nec esset perfectio nec imperfectio, veræ Ssmæ Deitati & veræ Ssmæ Trinitati minimè conveniunt; propterea nego, quòd Distinctio formalis media sit Divinitus inventa ad difficultates de Ssmâ Trinitate superandas, imò ad difficultates plures & majores de verâ Ssmâ Deitate & verâ Ssmâ Trinitate procreandas, atque ad absurditates haud paucas de verâ Ssmâ Deitate, & verâ Ssmâ Trinitate generandos apprimè sæcundam esse contendendo. Ratio, propter quam Distinctio formalis media est excogitata & tanquam inventio Divina est deprædicata, est; quia (ajunt)

Ssma Trinitas per illam facilè explicatur. Sed transmissâ istâ puritatiâ facilitate negatur, quòd per illam Ssma Trinitas verè explicetur. Explicatio vera non destruit veritatem rei explicatæ, sicut explicatio per ventilatam pullulationem & distinctionem destruit veritatem veræ Ssmæ Deitatis & Trinitatis, ceu satis dictum est. Veritas Ssmæ Deitatis & Trinitatis non habetur à nostro captu vel conceptu sic vel sic concipiente, nec à nostro verbo sic vel sic explicante, & has vel illas divisiones, distinctiones, totalitatem cum partibus, Unitatem cum pluralitatibus, identitatem cum distinctionibus, simplicitatem cum compositionibus, infinitatem cum pluribus in suâ lineâ infinitis, & relationes sinè perfectionibus & imperfectionibus fabricante, & fingente in Ssma Deitate & Ssma Trinitate, sed veritas nostri captûs & conceptûs & nostri verbi habetur ab ipsâ Ssma Deitate & Trinitate, ut est in se realiter & à parte rei; sed illa, quæ per tuam pullulationem & distinctionem à Te conceptam & explicatam das Ssmæ Deitati & Trinitati, non sunt in ipsâ realiter & à parte rei; ergo tuus conceptus, tuæque explicatio nî veri dicunt, nilque solidi ostendunt. Tu Tibi persuades, quòd Ssma Deitas & Trinitas debeat descendere ad tuum captum & conceptum, eique debeat conformari, ac eandem oportere ità realiter esse, sicut adinventione tuâ

cap-

captus & conceptus illam explicas per tuas pullulationes, & ex illis exortas distinctiones, partes, compositiones, plures infinitates &c. &; sed docet B. DOCTOR, rationabilius esse, ut conceptum tuum, tuamque explicationem conformes Regulis & Legibus specialibus, quas in principio hujus Libri proposuimus; hanc conformitate conceptus tuus erit verus, & vera erit explicatio tua, nilque pullulationis & exortarum ex illa absurditatum Deo non satis dignarum in conceptu tuo & explicatione tua apparebit. Docet insuper B. DOCTOR, rationabilius esse, ut Tu coram Deo Te humilies, eumque pro accipiendo Divino lumine implores, & hoc lumine illustratus & confortatus ascendas ad altitudinem Ssmæ Deitatis & Trinitatis cognoscendam cognitione viatoribus commensurata, utque captum & conceptum tuum, tuamque explicationem conformes Ssmæ Deitati & Trinitati, ut est realiter in se sine ulla intellectus tui fabricatione & fictione, & absque ullis pullulationibus excogitatis & non fat fundaris, nec satis autorizatis, atque sine ulla absurditatibus Deo indignis vel saltem minus dignis, quæ ex his pullulationibus copiosè promanant, veluti intellectus vel modicè clarus facillè apprehender. Iste ad altitudinem Ssmæ Deitatis & Trinitatis cum gratiâ Divinâ ascensus apparet Tibi admodum difficilis & quasi impossibilis; sed recurre ( ita Tibi

con-

consultit B. DOCTOR) ad Regulam de Punctis transcendentibus datam in præcedentibus, & conformiter ad Regulam istam abnega remetipsum, tuamque naturam quasi exue & depone, & supra Te ipsum, ac supra tuam ascende naturam ad Ssmam Deitatem & Trinitatem cum Divino lumine cognoscendam, & omnis difficultas (uti Te certificat B. DOCTOR) Tibi evadet facilitas, ac omnis impossibilitas Tibi evadet possibilitas, præsertim Si TIVUM, BILE. ARE in prioribus satis explicatum bene intelligas, aut si illa non satis intelligas, nec Regulam de Punctis transcendentibus sufficienter intelligas, sis humilis & humiliter discas; quia humilitas, bona intentio, puritas animæ & devotio sunt alæ ad dictum ascensum. Hoc felicissimo ascensu non solum salvabis veritatem mysterii Ssmæ Trinitatis, verum etiam salvabis illius altitudinem, quam tamen non salvas per tuas pullulationes, & per entia ex illis pullulata. Quæ enim altitudo hujus Ssmi Mysterii, si plura in illo colles à parte rei distincta, plures partes, plures infinitates &c. &c. Sanè hac collocaione ex mysterio efficis non mysterium, dum altitudinem hujus Ssmi mysterii ita explicas, ut explicando deprimas.

( \* † \* )  
\* \*  
\* \*

De

Entre, quod  
Entre, quod

ENS, quod  
quod ex  
Substantia appellatur  
& animal appellatur  
nus igitur entis  
specierum, &  
species, nec in

1. Genus est  
entis, sicut de illo  
illud principia sunt  
Semina materia  
reli Bonitæ (i  
alis) sunt semina  
res.

3. Genus  
talis non esse  
stantiæ, nec  
vari in gene  
possent ulter  
habet figuram  
nec rangi.

4. Si form  
rales partes,  
genus non est  
generalis finis  
gis altam pe  
am, ita finis  
quam per mo  
Part. 2. Cap. 2.

## De Ente, quod est genus, & de Ente, quod est species.

1. **E**NS, quod est genus, est illud Ens, quod existit supra species entium. Substantia appellatur genus generalissimum, & animal appellatur genus subalternum. Genus igitur existit supra speciem, estque fons specierum, & sine genere non possent esse species, nec individua.

2. Genus est pars entis; & quia est pars entis, sunt de illo generales partes, & per illud principia sunt generalia, & in illo sunt seminata multa specifica entia; sicut in generali Bonitate (idem est de Magnitudine & aliis) sunt seminatae multae specificae Bonitates.

3. Genus est pars substantialis; quia, si talis non esset, de illo non possent esse substantiae, nec genus accidentale posset sustentari in genere substantiali, nec accidentia possent sustentari in substantiis. Genus non habet figuram; proptereaque nequit videri nec tangi.

4. Si forma & materia non essent generales partes, non posset esse genus; & si genus non esset, in naturâ non posset esse generalis finis. Sicut autem genus est magis altum per formam, quàm per materiam, ita Finis est magis generalis per formam, quàm per materiam. Plura vide *Lib. Proverb. Part. 2. Cap. 22.*



5. Ens, quod est species, est illud ens, quod existit sub genere, & est supra sua individua. Hoc Ens considera, sicut speciem leonis vel hominis, qui existunt sub animali, & sub specie hominis existunt individua, sicut FRANCISCUS, DOMINICUS, RAIMUNDUS &c.

6. Quia species est de genere, est generale Principium. Sed non sequitur: individuum est de genere & specie: ergo individuum est generale Principium; quia individuum non potest dividi, cum in illo sit ultima forma, & ultimus terminus, sicut omne, de quo est, est de primis terminis. Unde etiam individuum incipit superius & est inferius, & ultra superius & inferius non est aliquid. Similiter individuum est finis hic inferius, in quo naturæ abstractæ habent quietem, estque complementum omnium rerum, & centrum omnium naturalium actuum. Insuper in individuo congregantur Fines generales Principiorum, & possidentur omnes naturales fines, & omnia superiora Principia vacua essent, si individuum non esset.

7. Substantiales species sunt de substantiali genere, & accidentales sunt de accidentali genere; &, si hæc species substantiales & accidentales non essent, nullum individuum nec substantiale nec accidentale esset. Omnis species est propinquior Fini, quam genus; sed hæc propinquitas potest intelligi, non

sentiri; qui  
videri; &  
gi nec viden  
maginari.

& In qualitate  
minata in potentia  
individuum sit

TINUS est no

us equus; qui

seminari nobilitate

Species leonis  
& species equi

loco citato Cap. 2

Abier de  
TOR Tom. 2.

Abier, quod

quam species

sunt nobiliora

Angelica est n

quia in speci

vidue, quam

turam Huma

de quo vide

cum hujus in

us verò indivi

mona etiam sp

MARTINUS  
autem Angel  
MICHAEL  
species Ange  
forma unius  
sunt per ma

non sentiri; quia nulla species potest tangi nec videri; &, quia nulla species potest tangi nec videri, idèd nemo potest illam imaginari.

8. In qualibet specie sunt individua seminata in potentiâ, ità quidem, quòd unum individuum sit nobilius alio, sicut MARTINUS est nobilius individuum, quàm suus equus; quia in specie MARTINI sunt feminati nobiliores fines, quàm in specie equi. Species leonis est nobilior per potestatem, & species equi per utilitatem. Plura vide loco citato *Cap. 23. & 24.*

9. Aliter de specie loquitur B. DOCTOR *Tom. 2. Lib. 4. Demonstr. Cap. 44.* ubi habet, quòd nobilior sit species hominis, quàm species asini; quia in specie hominis sunt nobiliora individua. Similiter species Angelica est nobilior, quàm species humana, quia in specie Angelicâ sunt nobiliora individua, quàm in specie humanâ (excipe Naturam Humanam CHRISTI & B. Virginis, de quo vide Nostrum Librum de Angelis) cùm hujus individua fiat corruptibilia; illius verò individua sint in corruptibilia. Humana etiam species non habet esse reale, quia MARTINUS non est sua species; species autem Angelica habet esse reale, quia S. MICHAEL est suamet species, & tot sunt species Angelicæ, quot sunt Angeli, cùm forma unius Angeli non diversificet semetipsam per materiam à formâ alterius Angeli;   
quan-

quandoquidem Angeli non sint de communi materiâ, sicut Martinus & alii homines sunt diversa individua propter differentiam, quam forma facit de communi materiâ, de quâ sunt MARTINUS & alii homines. Hæc magis explicata vide in Nostro Libro de Angelis.

10. De specie B. DOCTOR in *Quæst. per Art. Demonst. solub. Cap. 161.* haud malè docet, dum ità quoad substantiam discurrit: *Essentia* creata est constituta de Primis Principiis, videlicet de Bonitate, Magnitudine &c., quæ sunt similitudines Divinæ Bonitatis, Magnitudinis &c., & sunt particulatæ in plures species: nam ipsa creata Bonitas, Magnitudo &c. habent se ad simplicia elementa specificè distincta, & particularizant se in ea, videlicet in simplicem ignem, aquam, aërem & terram, & faciunt ista simplicia elementa bona, magna &c. Deinde particularizant se in composita elementa, sicut in compositum ignem, aërem &c., faciuntque illa composita elementa bona, magna &c., ut ex eis fiat planta, vel aliud elementarium corpus bonum, magnum &c. Sunt autem species hujus elementari corporis multæ, ut homo, leo, aquila, pomum, aurum &c., quæ continent sub se sua individua, & sunt supra illa.



Ente, quod  
 Ente,  
 E. quod  
 ente, ut  
 ter potest  
 mover se  
 qui cum  
 & mover  
 uno loco  
 mover se  
 equat. Cum  
 uno loco  
 quod mover  
 nos, qui  
 facitque  
 scriba, qui  
 Rarus est  
 ud in se  
 rem ad cale  
 tarium, qu  
 mover remo  
 quod in suo  
 tam visibile  
 quod in suo  
 motem inre  
 dus movent  
 dum suam  
 tia, ut se  
 similibus  
 1. Ens,

De Ente, quod est movens, & de Ente, quod est mobile.

1. **E**NS, quod est movens, est illud Ens, quod movet entia, quæ sunt in potentia, ut sint in actu. Movens multipliciter potest considerari, scilicet movens, quod movet seipsum cum se ipso : sicut homo, qui cum sua voluntate movet suos pedes, & movet se ipsum cum suis pedibus de uno loco in alium. Est aliud movens, quod movet se ipsum cum alio : sicut homo, qui equitat, Cum suo equo movet se ipsum de uno loco in alium. Iterum est aliud movens, quod movet aliud cum se ipso : sicut Dominus, qui cum sua voluntate movet vasallum, facitque eum ire de uno loco in alium : & scriba, qui movet calamum cum sua manu. Rursus est aliud movens, quod movet aliud in se ipso : sicut ignis, qui movet aërem ad calefaciendum in se ipso : & vegetativum, quod in suo proprio vegetabili movet remotum vegetabile : & visivum, quod in suo proprio visibili movet remotum visibile : & idem est de intellectivo, quod in suo proprio intelligibili movet remotum intelligibile. Est adhuc alius modus moventis, sicut objectum, quod secundum suam dispositionem est occasio potentia, ut se moveat ad ipsum ; & sic de aliis similibus istis.

2. **E**ns, quod est mobile, est illud ens;

Kk

quod

quod est proprium objectum moventis. Istud ens potest considerari dupliciter, videlicet secundum naturalem & artificialem mobilitatem. Consideratur secundum naturalem, Mobilitatem, sicut consideratur calefactibilitas aquæ, & similia; consideratur verò secundum artificialem mobilitatem, sicut consideratur scriba, qui movet literam, & faber, qui movet clavum, & sic de similibus istis.

3. Termini motûs successivi sunt Principium, Medium & Finis; quia motus incipit cum Principio, & transit per Medium successivè, & in Fine habet quietem. Tempus est subjectum discretorum motuum (discreti motus sunt partes continui motûs) dierum & noctium, habentque continuum motum per generationem & corruptionem, & per motum Firmamenti; sicut enim Martellus est necessarium instrumentum ad percutiendum; ita motus est necessarium instrumentum ad movendum.

4. In nullo corpore naturalis motus est otiosus, & sinè motu nulla corporalis potentia haberet actum, ut patet in elementis & aliis; quia omne elementum movendo suam proprietatem movet se ipsum, & in omni substantiâ elementatâ sunt proprietates elementorum moventium & motorum. Ignis cum calore movet aquam, & aer cum se ipso movet mare; movet enim aer vapores, & cum istis movet se ipsum simulque mo-

et com istis  
 Lib. Præf. Par  
 5. His  
 TOR ibidem  
 clara, & non  
 " N. 1. Prin  
 " qui incipit  
 " cundus mo  
 " fit delibera  
 " rias moru  
 " per calefac  
 " N. 4. Qu  
 " pisco calor  
 " bernem  
 " man motu  
 " accipiendo  
 " beratione  
 " motu cor  
 " plantæ n  
 " tu, sed  
 " lis instr  
 " Oculi no  
 " dendum  
 " per sec  
 " starem n  
 " 7. Imagi  
 " motu, s  
 " habet del  
 " multiplic  
 " 9. Intell  
 " in secun  
 " gere, A

vet cum istis navem in mari. Plura vide  
*Lib. Proverb. Part. 2. Cap. 48.*

5. His adjicimus illa, quæ habet B. DOC-  
 TOR *ibidem Part. 3. Cap. 54.* suntque satis  
 clara, & non minùs præclara irà tonantia  
 „ N. 1. Primus motus est actus potentiæ,  
 „ qui incipit sinè deliberatione. N. 2. Se-  
 „ cundus motus est actus potentiæ, in quo  
 „ fit deliberatio & consensus. N. 3. Ter-  
 „ tius motus, quem ignis habet in aëre, est  
 „ per calefacere, & secundus per desiccare.  
 „ N. 4. Quia aër habet placitum in acci-  
 „ piendo calorem ab igne, non habet deli-  
 „ berationem in accipiendo calorem per pri-  
 „ mum motum; & quia habet tædium in  
 „ accipiendo siccitatem à terrâ, habet deli-  
 „ berationem cum suâ potestate in secundo  
 „ motu contra siccitatem. N. 5. Appetitus  
 „ plantæ non habet appetitum in primo mo-  
 „ tu, sed habet illum per ordinem natura-  
 „ lis instinctûs in secundo motu. N. 6.  
 „ Oculi non habent deliberationem ad vi-  
 „ dendum per primum motum videndi, sed  
 „ per secundum, in quantum habent pote-  
 „ statem non videndi per clausionem. N.  
 „ 7. Imaginatio se non multiplicat in primo  
 „ motu, sed in secundo. N. 8. Voluntas  
 „ habet deliberationem in secundo motu per  
 „ multiplicationem vel diminutionem. N.  
 „ 9. Intellectus in primo motu intelligit, &  
 „ in secundo motu multiplicat suum intelli-  
 „ gere. N. 10. Memoria in primo motu

- „ capit speciem, & in secundo reddit illam.  
 „ N. 11. Intellectus investigativus in primo  
 „ motu supponit, & in secundo intelligit.  
 „ N. 12. Omnis ignorantia incipit in se-  
 „ cundo motu. N. 13. Si ignorare incipe-  
 „ ret in primo motu, ignorare & intellige-  
 „ re inciperent in uno & eodem tempore.  
 „ N. 14. Intellectus infusus attingit in pri-  
 „ mo motu, & practicus in secundo. N.  
 „ 15. Scientia incipit in primo motu per du-  
 „ bitationem, & traditur in secundo per in-  
 „ telligere. N. 16. Quælibet potentia se  
 „ habet ad primum motum, & ad secun-  
 „ dum. N. 17. In motu voluntatis intel-  
 „ lectus non est tam velox, quàm illa. N.  
 „ 18. Illa potentia, quæ prius est in primo  
 „ motu, est prius in secundo. N. 19. U-  
 „ na potentia est instrumentum alteri, quòd  
 „ de primo motu se transferat ad alium. N.  
 „ 20. De inordinato instrumento inordina-  
 „ tus actus.

6. Plura de motu percipienda veniunt  
 ex *Quest. per Art. Demonst. solub.* ubi B. DOC-  
 TOR *Quest. 167.* ostendit, quomodo Deus  
 moveat omnia, quæ sub brevitate possibili  
 damus ex ipso, dum cum ipso dicimus, De-  
 um esse immobilem, cum sit infinitus & æ-  
 ternus, & omne principiatum esse mobile,  
 cum sit finitum, & principiatum, omnium-  
 que principiatorum & finitorum Deus sit  
 motor ad finem, ad quem omnia & singu-  
 la sunt principjata, Deo Motore existente

Formâ movente, & ipso moto existente materiâ & potentiâ motûs. Modus motûs, quo Deus movet omnia, consistit in hoc, quòd Divinæ Dignitates attingant motum omnium, & sicut omnium motum intelligendo, volendo &c. attingunt, ità est, & ità omnia moventur ad finem, ad quem Divinæ Dignitates omnia attingunt, Deo manente immobili: nam, sicut Dominus imperando movet servum, nec propterea moveretur, ità & multò meliùs sinè omni comparatione Deus sinè motu in se ipso omnia movet non solùm motu creaturis naturali, verùm etiam motu supernaturali vires naturæ excedente, ut in operibus miraculosis, Sacramentis &c. : quia convenit, omnia esse, sicut Deus vult. Nec potest naturalis motus Deo resistere: nam, sicut potestas formæ ignis per potestatem suæ caliditatis & ignitionis facit, quòd materia ferri passivè moveatur ad ignitionem, ut recipiat figuram clavi, ità & multò meliùs sinè omni comparatione Divina Potestas facit, quòd omnes creaturæ sint passivæ tanquam materia sub imperio Divinæ Voluntatis, sive agat naturaliter, sive supernaturaliter.

7. Angelus movet inferiora secundùm dominium, quòd habet super inferiora, quia imperativè movet illa; & dum Angelus inferiorem Bonitatem suæ similem sic movet, hac Bonitate motâ moventur cœteræ,



uti sunt Magnitudo &c., sicut voluntas ser-  
 vi mora à voluntate Domini movet totum  
 corpus. Sicut etiam intellectus de pluribus  
 similitudinibus generat verbum, ut habeat  
 objectum, ità Angelus aggregat & repræ-  
 sentat intellectui plures similitudines, ut eas  
 attingat & agat intelligendo bonum, verum  
 &c., ità, quòd anima intelligendo bonum,  
 verum &c. moveat voluntatem ad virtutes,  
 & per virtutes moveat corpus ad virtuosè  
 agendum contra vitia, salvâ tamen libertate  
 hominis; sed Dæmon facit totum oppo-  
 situm. Similiter Angelus induit corpus. &  
 illo artificialiter indutus activè movet aliud  
 corpus, sicut una forma sensitiva tactiva mo-  
 vet aliam, & hoc modo sensualiter movet  
 inferiora apparens res sensualis. Plura vide  
 loco citato *Cap. 51.*

8. Anima rationalis non solùm agit ex-  
 tra se in Deum objectivè, illum recolendo,  
 intelligendo & diligendo, verùm etiam agit  
 in se & extra se de vegetativâ, sensitivâ, ima-  
 ginativâ & motivâ in corpore, suam virtu-  
 tem influendo in has potentias, ut ipsæ in  
 ipso esse animæ habeant actum, & mediante  
 intrinsecâ operatione, cum quâ agit anima  
 in se ipsâ de his potentiis, agat etiam ex-  
 tra se, dans eis perfectionem & vitam, &  
 movens vegetativam ad vegetandum, sensi-  
 tivam ad sentiendum, & imaginativam ad  
 imaginandum, & per hoc, quod anima de  
 suâ virtute transmittit in has potentias sibi  
 uni-

tes, attrahit  
 in sunt intellig  
 ; sapore, colo  
 operationes  
 dianibus sent  
 homines se in  
 vel virtuosos.  
 se & doctè ex  
 169 ubi vide  
 rentu aliam,  
 9. Quia  
 tem saper cor  
 posit de corpo  
 anima mover  
 appetit, videt  
 ipsâ dicitur.  
 & aliam nob  
 dicitur ut que  
 us Finis e  
 motus hom  
 nec à se, n  
 num, nec  
 clinationi &  
 test.  
 10. Cum  
 & vegetativ  
 gerativam;  
 & per veg  
 cervo, qui  
 appetitivam  
 morativam  
 pro intelle

unitas, attrahit ad se sensibilia, quæ per sensum sunt intelligibilia, & sic iudicat de colore, sapore, calore &c., & etiam cognoscit operationes alterius animæ in corpore mediantibus sensibus, ut patet ex eo, quod homines se invicem cognoscant virtuosos vel vitiosos. Hæc omnia B. DOCTOR fusè & doctè explicat ibidem *Cap. 168. & Cap. 169.* ubi videri potest, quomodo una potentia aliam, & rationaliva moveat omnes.

9. Quia anima rationalis habet potestatem super corpus, per hanc potestatem disponit de corpore, ut attingat finem, & sic anima movet corpus ad se, & ad ea, quæ appetit, videlicet ad objectum & finem, quem ipsa diligit. Deinde movet corpus ad alium & alium nobiliorem finem successivè & gradatim usque ad ultimum Finem, qui est Deus Finis omnium. In Virtute huius motûs homo habet libertatem; quia anima nec à se, nec à suo corpore cogitur ad bonum, nec ad malum, sed suæ propriæ inclinationi & appetitui corporis resistere potest.

10. Cùm in Brutis sensitiva sit Forma, & vegetativa sit materia, sensitiva movet vegetativam; quia brutum vivit per sensitivam, & per vegetativam est corpus, ut patet in cervo, qui sitiens appetit fontem, habetque appetitivam in similitudine voluntatis, memorativam loco memoriæ, & æstimativam pro intellectu, & in imaginativâ imaginatur

fontem, & in hac imaginativâ attingunt appetitiva & astimativa similitudinem fontis in phantasmate, in quo fons cervo repræsentatur. Dispositio autem cervi ad appetendum fontem provenit ex parte vegetativæ cervi; nam, quia caliditas & ficcitas sunt augmentatæ in cervo, & frigiditas & humiditas sunt in cervo diminutæ, appetit cervus aquam, quæ est frigida & humida, & propterea objectum & finis cervi est fons; & quia fons est objectum, ut bibat, bibere est ei alius finis; & quia bibere est ei objectum, ut vivat, vivere est ei ultimus finis; & quia ipse vivit per sensitivam, sensitiva est ei forma, quæ movet corpus illius dispositum ad fontem, ut bibat, vel ad pratum, ut comedat, & materia est imaginatio & similitudines, ex quibus imaginatio est composita.

11. In plantâ forma movet materiam; nam, quia vegetativa ipsius habet in se quatuor potentias, videlicet appetitivam, retentivam, digestivam & expulivam, omnes istæ quatuor formæ sunt agentes super materiam plantæ motam sub eis; sed, quia forma plantæ est super istas ex parte finis, cum istæ quatuor potentie sint dispositiones & materia illius formæ, & istæ quatuor potentie agant, ut illa forma duret, & vivat per eas, ideo forma plantæ movet suammet materiam per naturalem motum ad vegetandum & vivendum, ac etiam ad generandum aliam plan-

plum, videlicet  
quo alia epist  
tuata.

12. Aristoteles  
per artificialem  
materiam cervi  
materiam, calc  
cum martello.  
quam erit ex h  
jus similitudine

13. Omnis  
coloris, sur tri  
tis, & ex hoc ag  
vocem sui sub  
triangulus & qu  
finis in quant  
esse infinitus, &  
nerationis & co  
ritus & etern  
tus generatio  
cipio per Me  
est Finis moti  
potius opposi  
cellanter dura  
motu vide doc  
monf. fol. 4.

14. In sol  
aurem solus et  
mobilis omnis  
quantitatem &  
stendit B. DO  
ubi ad object

plantam, videlicet ad producendum semen, in quo alia ejusdem speciei planta est habiturata.

12. Artifex movet artificialem materiam per artificialem formam, sicut faber movet materiam clavi per formam clavi disponens materiam, calefaciendo & percutiendo eam cum martello, ut recipiat formam clavi, quam artifex habet in imaginatione, vel cujus similitudinem habet in illâ.

13. Omnis naturalis motus est aut circularis, aut triangularis, aut quadrangularis, & ex hoc agnoscitur limitatus per limitationem sui subjecti, cum omnis circulus, triangulus & quadrangulus sit limitatus & finitus in quantitate, & nullo modo possit esse infinitus, & per consequens motus generationis & corruptionis nequeat esse infinitus & æternus: ed vel minùs, quia motus generationis & corruptionis est de Principio per Medium usque ad Finem, in quo est Fiais moti, qui tamen finis non esset, sed potiùs oppositum illius esset, si motus incessanter duraret in inferioribus. Plura de motu vide docta & rara in *Quest. per Art. Demonstr. solub.*

14. In solâ creaturâ datur motus; Deus autem solus est immobilis, estque etiam immobilis omnis ipsius operatio, cum sit extra quantitatem & tempus, ut fusè & doctè ostendit B. DOCTOR *Lib. 2. Demonstr. Cap. 30.* ubi ad objectionem, quòd Deus habeat in

se ipso operationem, & per consequens ha-  
 beat in se ipso motum, Respondet B.DOC-  
 TOR N. 9. " Quemadmodum supremum  
 „ Bonum operatur de inferiori bono, quan-  
 „ do utitur illo, absque eo, quod sit mobi-  
 „ le, quamvis inferius bonum sit mobile, sic  
 „ & multò meliùs sinè omni comparatione  
 „ convenit, quod supremum Bonum non  
 „ sit in se ipso mobile, quamvis habeat in  
 „ se ipso operationem immutabilem æternam,  
 „ sinè quâ non posset esse supremum Bo-  
 „ num; quia, si supremum bonum non  
 „ fruatur suomet bono æternaliter, esset  
 „ magis nobile in utendo inferiori bono,  
 „ quàm in essendo æternum sinè fruitione  
 „ boni; & hoc est impossibile: per quam  
 „ impossibilitatem est demonstrabile, quod  
 „ fruatur æternaliter suomet bono: & si  
 „ illud non fruatur bono æternaliter, ad  
 „ hoc, ut in suâ fruitione non esset motus,  
 „ sequeretur, quod haberet defectum in se  
 „ ipso, in quantum non posset frui bono, ad  
 „ hoc, ut non esset mobile; & hoc est im-  
 „ possibile, quod in supremo Bono sit ullus  
 „ defectus boni per hoc.

### De Ente, quod est Unitas, & de En- te, quod est Pluralitas.

1. **ENS**, quod est Unitas, est illud Ens,  
 quod consideratur sinè differentiâ.  
 Hoc

Et ens consideratur  
 in una Bonitas,  
 1. que simpliciter  
 2. In Deo  
 a Deo Unitas est  
 a Naturæ, una  
 3. qui Unitas  
 non sequitur u  
 tem Dei quilibet  
 Deus est unus  
 nam. Plura  
 3. Ens, quod  
 in quo formis ap  
 aliquo eorum  
 pluralis sit pl  
 sunt unum idem  
 de pluralitate  
 dum est de pl  
 Personarum,  
 unum Ens in  
 4. Sicut D  
 Unitari, ita D  
 te Pluralitati.  
 ductionem in  
 productionem  
 sent actus su  
 nec posset ha  
 creaturis. H  
 tato Cap. 5.  
 & Pluralitate  
 Libro de De

Hoc Ens consideratur simpliciter in se ipso, sicut una Bonitas, una Magnitudo, & sic de aliis, quæ simpliciter considerantur.

2. In Deo Unitas est infinita; &, quia in Deo Unitas est infinita, sufficit in eo una Natura, una Bonitas, & Potestas &c.; &, quia Unitas Dei est simplicitas, de ipso non sequitur ulla compositio. Per Unitatem Dei quælibet creatura est una; &, quia Deus est unus, quodlibet ens appetit esse unum. Plura vide *Lib. Proverb. Part. 1. Cap. 4.*

3. Ens, quod est pluralitas, est illud Ens, in quo fortiùs apparet differentia, quàm in aliquo aliorum Entium. Intellige, quòd pluralitas sit plurium Entium, quæ non sunt unum idem numero. Hæc vera sunt de pluralitate creatâ, sed aliter discurrendum est de pluralitate increatâ Divinarum Personarum, quæ non sunt plura entia; sed unum Ens in pluribus Personis.

4. Sicut Divina Unitas est causa creatæ Unitati, itâ Divina Pluralitas est causa creatæ Pluralitati. Pluralitas in Deo probat productionem in eo; &, si Deus non haberet productionem in se ipso infinitam, non possent actus suarum Rationum esse infiniti, nec posset habere extra productionem in creaturis. Hæc & plura videantur loco citato *Cap. 5.* plura etiam de Divinâ Unitate & Pluralitate sunt satis exposita in Nostro Libro de Deo, quæ Deum ad intrâ & ad

extra

extra consistentem & operantem, ejusque Unitatem & Pluralitatem concernunt.

De Ente, quod est Concretum, & de Ente, quod est Abstractum.

1. **ENS**, quod est Concretum, est illud Ens, in quo apparet figura suæ essentialitatis. Hoc ens consideratur partialiter, vel in parte Essentialitatis, sicut Bonificativum & Bonificabile, & sic de aliis.

2. Ens, quod est abstractum, est illud Ens, quod est de concretis, quæ sunt de suâ essentialitatis, & ipsa est de ipsis. Hoc ens continet in se entia concreta, in quibus sustentatur, & ipsa sustentantur in eo; sicut in Bonitate, quæ est ens abstractum, & continet in se essentialia concreta, quæ sunt de ipsâ simpliciter & essentialiter, videlicet Bonificativum, Bonificabile & Bonificare, & sic de aliis.

3 In creaturâ est differentia inter abstractum & concretum, sed non est differentia inter Deitatem & Deum; quia, si esset, Deitas esset abstractum, & Deus esset concretum, & Deus esset sub Deitate, quemadmodum album est sub albedine, & albedo est sub colore: sed hoc est impossibile, quia sequeretur, Deitatem esse superius bonum & Deum esse inferius bonum: ergo non est differentia inter Deitatem & Deum, cum im-

pos-

possibile sit Deitatem esse superius bonum;  
 & Deum esse inferius bonum. Per hanc im-  
 possibilitatem demonstratur, quòd Deitas &  
 Deus per non differentiam sit superior ab-  
 stracto & concreto creato, inter quæ est dif-  
 ferentia, & quòd solus intellectus humanus  
 faciat differentiam inter abstractum & con-  
 cretum Divinum, Deitatem & Deum, Bo-  
 nitatem & bonum &c. Per hoc autem, quòd  
 intellectus humanus differentiam faciat inter  
 concretum & abstractum Divinum, Deita-  
 tem & Deum, non sequitur, quòd illa à  
 parte rei sit inter ipsa, vel quòd intellectus  
 à parte rei ponat differentiam inter ipsa; quia  
 sequeretur, intellectum esse activum in Deo,  
 hanc in ipso inter Deitatem & Deum ponendi  
 à parte rei distinctionem, & Deum esse  
 passivum, hanc ab intellectu recipiendo à par-  
 te rei distinctionem inter se & suam Deita-  
 tem: sed hoc est impossibile; quia sequere-  
 tur, creatum intellectum esse superiorem  
 Deo, & Deum esse illo inferiorem; quòd  
 cùm manifestè implicet, creatus intellectus nil  
 ponit à parte rei distinctionis inter Deitatem  
 & Deum. Transeat etiam, quòd in creatis,  
 in quibus ( ut satis dictum est ) nulla datur  
 identitas & multò minùs datur infinitas & in-  
 finita identitas, duplex intelligibilitas arguat  
 distinctionem ante intellectum inter abstra-  
 ctum & concretum, non tamen duplex in-  
 telligibilitas, una secundùm Deitatem, &  
 altera secundùm Deum, una secundùm es-

sen.



sentiam, & altera secundum supposita ullam arguit inter Deum & Deitatem, & inter essentiam & supposita ante intellectum distinctionem; quia in Deo & Divinis est summa Infinitas, & summa infinita Unitas & idenritas, quæ nil distinctionis ante intellectum admittunt, nisi inter illa, quæ relativè in Deo opponuntur. Plura vide in Nostro Libro de Deo.

## De Ente, quod est intensitas, & de Ente, quod est extensitas.

1. **ENS**, quod est intensitas, est illud ens, quod est propinquius simplicitati, quàm compositioni. Per hoc potest cognosci, quòd ens habeat in composito majorem entitatem, majorem operationem, & majorem virtutem.

2. **ENS**, quod est extensitas, est illud ens, quod propinquius est compositioni, quàm simplicitati. Cum hoc ente possunt cognosci mixtiones essentiarum, & esse, & extensitates, quas alia entia naturaliter habent in aliis.

3. **Extensitas Dei** est de æternitate & infinitate, ac de Bonitate, Magnitudine, Potestate, Sapientiâ, Voluntate, Virtute, Veritate & Gloriâ. Unde Deus est immensus & infinitus, & quælibet suarum Rationum satisfacit aliis de suâ totalitate, ut habet B.

DOC.

LECTOR T.  
 hæc extensitas  
 non est disti  
 potius ab qu  
 tantibus.  
 4. De crea  
 aliqua profere  
 GUNTIAE  
 prius de  
 hantâ, quan  
 tem Libro Pr  
 de extensio  
 in libri produ  
 1. Extensio  
 vel aliud ex  
 consumendo  
 stricto est  
 refuit de  
 profundita  
 per calore  
 tem. N.  
 tem den  
 per sic. v  
 lorem cum  
 N. 5. Ex  
 etio per c  
 per influen  
 enim. N  
 dedocit in  
 sunt in po  
 riam, que  
 N. 8. Ex

DOCTOR *Tab. Gener. Dist. 5. Part. 8. pag. 67.*  
 Hæc extensitas aut immensitas aut Infinitas  
 non est distincta ab ipsius intensitate, vel  
 potius ab ipsius simplicitate & aliis Digni-  
 tatibus.

4. De creatâ intensitate & extensitate vix  
 aliqua profert B. DOCTOR in Tomis MO-  
 GUNTIAE impressis præter illa, quæ in  
 prioribus dedimus de in- & extensâ sub-  
 stantiâ, quantitate, qualitate &c. Quia au-  
 tem Libro *Proverb. Part. 2. Cap. 85.* Loquitur  
 de extensione & restrictione, idcirco illam  
 in literâ producimus. Itâ autem sonant "N.  
 „ 1. Extensio est actus potentiæ, quæ se  
 „ vel aliud extendit per longum & latum  
 „ consumendo profunditatem. N. 2. Re-  
 „ strictio est actus potentiæ, quæ fluit &  
 „ refluit de longo & lato, multiplicando  
 „ profunditatem. N. 3. Ignis extenditur  
 „ per calorem, & restringitur per siccita-  
 „ tem. N. 4. Aër extenditur per humidi-  
 „ tatem dando illam aquæ, & restringitur  
 „ per siccitatem, quia ignis illi dat suum ca-  
 „ lorem cum siccitate, quam accipit à terrâ.  
 „ N. 5. Extensio fit per appetitum, & restri-  
 „ ctio per contrarium. N. 6. Extensio est  
 „ per influentiam, & restrictio per reslu-  
 „ entiam. N. 7. Forma, quæ extenditur,  
 „ deducit in actum longum & latum, quæ  
 „ sunt in potentiâ, & reducit illa in poten-  
 „ tiam, quando restringit suam materiam.  
 „ N. 8. Extensio maximè fit per calidum  
 „ &

» & humidum, & restrictio per frigidum &  
 » siccum. N. 9. Quando caro tangitur, se  
 » extendit, & nervus se restringit. N. 10.  
 » Quia aurum est de igne & de sole, & ar-  
 » gentum de aquâ & lunâ, aurum est ma-  
 » gis extensibile, quàm argentum. N. 11.  
 » Illud, propter quod aurum est magis gra-  
 » ve, quàm argentum, est, quia in illo est  
 » plùs de extensione in potentiâ, quàm in  
 » argento. N. 12. Per lætitiâ cor exten-  
 » dit suam virtutem, & per tristitiâ re-  
 » stringit illam. N. 13. Concordantiâ est  
 » subjectum extensionis, & contrarietas re-  
 » strictiois. N. 14. Verax homo exten-  
 » dit suam faciem, quando loquitur, & fal-  
 » sus homo restringit illam. N. 15. Audâ-  
 » cia extendit sanguinem, & timor restrin-  
 » git ipsum. N. 16. Hyems restringit po-  
 » ros, & æstas amplificat illos. N. 17. Ava-  
 » ritia restringit manus, & charitas amplifi-  
 » cat illas. N. 18. Voluntas extendit san-  
 » guinem per affirmationem, & restringit il-  
 » lum per negationem. N. 19. Ignis ex-  
 » tendit ceram cum calore, & restringit  
 » mel cum siccitate. N. 20. Gustus exten-  
 » dit suam Virtutem per dulcedinem, &  
 » restringit ipsam per amaritudinem. A-  
 » ctus imaginationis se extendit vel re-  
 » stringit secundùm quantitatem objecti,  
 » quod capit.



Ente, quod  
 Ente, quod  
 EN, quod  
 E quod  
 quâ apparent  
 litudo subiecti  
 ritibus sensus  
 to sensu, videt  
 invenus & ca  
 in voce intrin  
 imaginat.  
 2. Est, quod  
 Ent, in quo v  
 contrarietas.  
 ei modus, sen  
 Contrarietas in  
 intrinsecis reb  
 qui de hac E  
 am.  
 3. Similit  
 vestigium pec  
 similitudo est  
 dicurre de na  
 ceptionis men  
 quæ sunt sim  
 entis, quas  
 feriores, quæ  
 4. Accidet  
 Substantialium  
 Magnitudini  
 titatis. Om

## De Ente, quod est similitudo & de Ente, quod est dissimilitudo.

1. **EN**, quod est similitudo, est illud Ens, quod existit extra substantiam, in quâ apparent intrinseca Entia. Hæc similitudo subjicitur & sustentatur in particulâ sensûs communis, & maximè in sexto sensu, videlicet in affatu, qui noviter est inventus & cognitus; quia ipse manifestat in voce intrinsecos conceptus mentales & imaginales.

2. Ens, quod est dissimilitudo, est illud Ens, in quo apparet figura differentiae & contrarietatis. In hac figurâ potest cognosci modus, secundum quem Concordantia & Contrarietas sunt in contrariâ Differentiâ in intrinsecis rebus, quæ sunt absconditæ eis, qui de hac Figurâ nesciunt habere notitiam.

3. Similitudo est imago alterius, sicut vestigium pedis est similitudo pedis, & hæc similitudo est imago pedis. Eodem modo discurre de loquelâ, quæ est similitudo conceptionis mentis, de literis ceræ impressis, quæ sunt similitudines sigilli, & de influentiis, quas corpora cœlestia faciunt in inferiora, quæ sunt similitudines eorum &c.

4. Accidentales formæ sunt similitudines substantialium, sicut Bonitas communicata Magnitudini est similitudo substantialis Bonitatis. Omnis etiam effectus habet aliquam

similitudinem suæ causæ, & omnis actus est similitudo suæ potentiaë, estque nulla potentia contra suam similitudinem, sed naturaliter omnis potentia delectatur in suâ similitudine. Plura vide *Lib. Prov. Part. 2. Cap. 56.*

5. Dissimilitudo est similitudo, in quâ non est ordo; & propterea est contrarium similitudinis, aut est privativus habitus illius. De nullâ dissimilitudine sequitur amor; & hæc est causa, quare oculi plorant propter dissimilitudines, & rident propter similitudines; &, si similitudo & dissimilitudo participant, in hac participatione sit passio. Falsitas non est aliud Ens positivum, nisi contraria dissimilitudo veritatis, quam dissimilitudinem de similitudine contra veritatem solus homo & Dæmon faciunt. Videatur B. DOCTOR ibidem *Cap. 57.*

6. Tempus & locus Mundi sunt incorruptibilia similia æterno Deo in comparatione compositorum elementorum corruptibilem; quia in tempore & loco Mundi est major duratio, quàm in compositis elementatis corruptibilibus. Sed, cum Deus æternus non similetur Principio & Fini, nec similetur Primo & Ultimo, & Tempus & motus similentur Principio & Fini, & similentur Primo & Ultimo, idè Deus æternus est dissimilis tempori & motui. Si igitur Deus æternus sub diversâ consideratione est dissimilis motui & loco, ac aliis creaturis, Angelo, animæ rationali &c., quantò magis

convenit, quæ  
bona æterna  
similitudo &  
superior omni  
ne creabit; si  
beret, Deus  
milit creatur  
beret bona  
possibile app  
*Lib. 2. Dem.*

7. In omni  
est pluralitas;  
ten la familia  
sunt familia &  
ritus, &, si  
est in eo. Si  
milia & dissim  
dignè de De  
norem illi at  
tia, quæ in  
na, sit magis  
bens illa. F  
bona facile in  
relligendum  
Personales,  
altera est F  
quæ tres Pr  
similes sunt  
mita & ætern  
Potestate &c  
tissimâ infini  
8. Quia

gis convenit, quòd Deus æternus habeat in se bona æterna similia & dissimilia, quorum similitudo & dissimilitudo sit infinita, siquæ superior omni similitudine & dissimilitudine creatâ; si enim Deus illa in se non haberet, Deus æternus esset similis & dissimilis creaturis absque eo, quòd in se haberet bona similia & dissimilia, quod impossibile apparet. Videatur B. DOCTOR *Lib. 2. Demonstr. Cap. 15.*

7. In omni similitudine & dissimilitudine est pluralitas, cùm nulla res sibi ipsi, sed alteri sit similis vel dissimilis: ergò, si in Deo sint similia & dissimilia bona, est in eo pluralitas, & si illa non sint in Deo, nec ista est in eo. Si neges, quòd in Deo sint similia & dissimilia bona, non loqueris satis dignè de Deo, quia non majorem, sed minorem illi attribuis Nobilitatem, cùm essentia, quæ in se habet similia & dissimilia bona, sit magis nobilis, quàm essentia non habens illa. Hæc in Deo similia & dissimilia bona facilè intelliges, si Te impendas ad intelligendum in Deo diversas Proprietates Personales, quarum una est Paternitas, & altera est Filiatio, & Tertia est Processio, quæ tres Proprietates inter se diversæ & dissimiles sunt sibi similes in unâ & eadem infinitâ & æternâ Essentiâ, Bonitate, Sapientiâ, Potestate &c., & quidem similitudine perfectissimâ infinitâ.

8. Quia in creaturâ unum bonum simile

alteri multiplicat Nobilitatem creaturæ; idcirco necessum est, quòd in Deo sit bonum simile alteri, quia omne id, per quod Deus est nobilior, & per quod Deus est superior creaturâ, in Deo statuendum est, si nil obftet contradictionis vel dedecentiæ vel defectûs, uti Patres & Theologi communiter docent : sed in creaturâ per bona similia multiplicatur Nobilitas ipsius; ergo etiam in Deo sunt bona similia infinita, per quæ multiplicatur infinitè Nobilitas ipsius, & per quæ est infinitè superior ipsâ, cum nihil obftet contradictionis, dedecentiæ & defectûs. Hæc similitudine infinitâ similes sunt Divinæ Personæ, quæ (ceu dictum est) assimilantur in unâ & eadem infinitâ Essentiâ, Bonitate, Sapientiâ, Potestate &c., simulque dissimilitudine infinitâ dissimilantur inter se; quia Essentia, in quantum est Pater, non est Filius, & in quantum est Filius, non est Pater, & hoc idem sequitur de Spiritu S.

9. Pulchrè & doctè B. DOCTOR de similitudine discurret *Lib. 3. Demonst. Cap. 23.* ubi N. 8. ità habet : "Sicut anima est forma corpori, sic & multò meliùs supremum Bonum est complementum inferiori bono, & sicut corpus non esset animatum sinè animâ, sic inferius bonum non esset bonum sinè supremo Bono : unde, cum hoc ità sit, quantò magis similis est forma inferiori supremæ formæ, tantò magis est nobilis : unde, cum anima & An-

elios sit in  
Angelus habi  
supremo Bo  
geus habi  
coelesti glo  
miles sup  
mentum in  
si in supre  
animæ &  
habent m  
supremo B  
beno plu  
supremo B  
hoc, quod  
per granum  
mordiam  
pena per  
veniat con  
traditione  
strare Sa  
similitudine

De Ente, c  
Ente,

1. ENs, qu  
quod  
generare. P  
quæ sunt in  
Sicut homo  
bo, quem  
cur intellect

„ gelus sint in inferiori bono, & anima &  
 „ Angelus habeant in se pluralitatem, si in  
 „ supremo Bono est pluralitas, anima & An-  
 „ gelus habent magis nobilem gloriam in  
 „ cœlesti gloriâ, in quantum sunt magis si-  
 „ miles supremæ gloriæ, quæ est comple-  
 „ mentum illorum gloriæ, quam habent,  
 „ si in supremo Bono non esset pluralitas, &  
 „ animæ & Dæmones, qui sunt in inferno,  
 „ habent majorem pœnam, si sint contrarii  
 „ supremo Bono, quod est illis simile in ha-  
 „ bendo pluralitatem, quàm habent, si in  
 „ supremo Bono non esset pluralitas: & cum  
 „ hoc, quod convenit cum majori gloriâ  
 „ per gratiam, & per justitiam, & per mise-  
 „ ricordiam, & quod convenit cum majori  
 „ pœnâ per justitiam & per culpam, con-  
 „ veniat cum esse, & contrarium in con-  
 „ tradictione cum non esse, idcirco demon-  
 „ stratur Sancta Trinitas per supradictam  
 „ similitudinem,

## De Ente, quod est generatio, & de Ente, quod est corruptio.

1. **E**NS, quod est generatio, est illud Ens,  
 quod est de generante, generabili &  
 generare. Per generationem naturalia entia,  
 quæ sunt in potentiâ, moventur ad actum;  
 Sicut homo, qui generat hominem, & de ci-  
 bo, quem comedit, generat carnem; & si-  
 cut intellectus, qui de similitudine objecti



generat phantasticas species, & de ipsis generat suum phantasticum intelligere.

2. Ens, quod est corruptio, est illud Ens, quod est subditum generationi. Per corruptionem naturalia entia, quæ sunt in actu, deveniunt in privationem; sicut homo, qui per corruptionem est mortalis, & arbor, quæ per corruptionem devenit in privationem, & sic de similibus istis.

3. Generatio est origo substantiæ, & corruptio est consummatio illius; quia generatio tendit ad esse ipsius formæ, & corruptio tendit ad privationem ipsius formæ; & propterea generatio est Principium essentialivum, & corruptio est Principium privativum, generatio quidem, quia est de formâ novâ generatâ, & corruptio, quia est de formâ antiquâ corruptâ, ita, quod finem; quem corruptio, quæ est de contrariis, perdit, acquirit generatio, quæ est de concordantibus; & idè corruptio principiet propter finem generationis, & tantùm crescat propter hunc finem generatio, quantum crescit corruptio.

4. Corruptio est propter infirmitatem materiæ, & generatio est propter sanitatem novæ formæ; si enim materia non esset infirma, posset sufficere antiquæ formæ, & si antiquæ formæ posset sufficere, non posset esse generatio novæ formæ: unde materia propter infirmitatem suam relinquit unam formam per corruptionem, & propter sani-

m alterius no  
idem, quod  
per corruptio  
atum rerum  
mam per gen  
cum abundant  
Part. 2. Cap. 4.  
1. In cr  
generatioe  
ne; quia, si  
ctus sine Pe  
festu, cum  
fectione, &  
hoc est impos  
dem omnia c  
tas imperfect  
non morales  
RIA fuisse q  
phyticos; er  
ctio sine def  
ctione, sequ  
corruptione,  
nion. Sed,  
finita Perfect  
ma & infinit  
ruptioni, ide  
generatio, c  
infinita impos  
cut enim in  
Boni opposi  
ipso infinita  
næ opposita

tatem alterius novæ formæ capit illam, ita quidem, quod unam formam relinquendo per corruptionem habeat indigentiam omnium rerum, & capiendo aliam novam formam per generationem habeat omnium rerum abundantiam; Plura vide *Libr. Proverb. Part. 2. Cap. 46.*

§. In creatis nequit esse corruptio sine generatione, nec generatio sine corruptione; quia, si esset una sine aliâ, esset defectus sine Perfectione, vel Perfectio sine defectu, cum generatio conveniat cum Perfectione, & corruptio cum defectu: sed hoc est impossibile in creatis, quandoquidem omnia creata ut ut perfecta habeant suas imperfectiones, suosque defectus, si non morales (quos in CHRISTO & MARIA fuisse quis cogitare audebit?) saltem phycos; ergo, ut non sit in creatis perfectio sine defectu, nec defectus sine perfectione, sequitur, quod generatio non sit sine corruptione, nec corruptio sit sine generatione. Sed, quia in Deo est suprema & infinita Perfectio, & per consequens est suprema & infinita operatio opposita omni corruptioni, idè est in illo suprema & infinita generatio, quia sine hac non esset in Deo infinita impossibilitas omnis corruptionis: sicut enim in Deo est infinita necessitas omnis Boni oppositi omni possibili malo, & est in ipso infinita necessitas omnis operationis bonæ oppositæ omni possibili operationi ma-

læ, ità in Deo est infinita necessitas generationis bonæ oppositæ omni possibili corruptioni.

6. Qui posset ponere in creaturâ generationem, & posset illam privare corruptione, sursum in Nobilitate elevaret illam generationem, &, qui posset in creaturâ ponere corruptionem, & posset privare illam generatione, deorsum deprimeret illam corruptionem : ergo, si creatura ascenderet sursum per generationem, per quam non esset corruptio, & creatura descenderet deorsum per corruptionem, per quam non esset generatio, sequitur necessariò, quòd in Deo sit generatio sine corruptione, ut generatio in Deo sit suprema, & sursum elevata ad supremam Nobilitatem, ad quam non esset elevata, si non esset contraria omni possibili corruptioni, veluti Bonitas in Deo non esset suprema, si non esset contraria omni possibili malitiæ, nec bonificatio esset in Deo summa, si non esset contraria omni possibili malificationi.

7. Si hoc, quod est in creaturâ generatio activa, generaret de se ipsâ æternaliter & infinite generationem passivam, esset impossibile, quòd in creaturâ corruptio esset contraria generationi : ergo, cum in Deo generatio activa de se ipsâ generet generationem passivam, test impossibile, quòd in Deo sit corruptio contraria generationi : sicut enim nulla corruptio potest esse contraria Essentiæ Dei,

...vich nec alla  
 genitæ Dei, n  
 essentia Dei.  
 passiva et n  
 Dei generatio  
 tionem activa  
 um, & Filio  
 neretur; p  
 passiva sunt  
 jicunt, An  
 generate, A  
 corpora cæle  
 um posse gen  
 Librum de D  
 stentia & oper  
 Angelis, ubi  
 generatio ut  
 quàm corru  
 geli, animæ  
 rum Corpor  
 8. His p  
 DOCTOR  
 quitur " N  
 riori bon  
 per proce  
 de inferior  
 tionem, p  
 quæ est o  
 ret in tuo  
 va, und  
 de quâ g  
 & in te

Dei, ita nec ulla corruptio potest esse contraria Agentiæ Dei, nec operationi & generationi de Essentiâ Dei. Hæc de Essentiâ Dei generatio passiva est ita nobilis, sicut activa de Essentiâ Dei generatio; quia Deus Pater per generationem activam de suâ Essentiâ generat Filium, & Filius passivè de eadem Essentiâ generatur; proptereaque generatio activa & passiva sunt æqualiter nobiles. Illi, qui obijciunt, Angelos & animas rationales non generare, nec etiam Firmamentum & alia corpora cœlestia generare, adeoque nec Deum posse generare, remittuntur ad Nostrum Librum de Deo ad intrâ- & ad extra consistente & operante, & ad Nostrum Librum de Angelis, ubi etiam intelligent, quod in Deo generatio sit magis contraria corruptioni, quàm corruptio contraria sit Essentiæ Angeli, animæ rationalis & Firmamenti ac aliorum Corporum Cœlestium.

8. His pro fine adjicimus, quæ habet B. DOCTOR *Lib. 2. Demonstr. Cap. 29.* ubi ita loquitur “ N. 3. Omne id, quod est in inferiori bono, vel est per generationem, vel per processionem; & hoc, quod procedit de inferiori bono, & se inclinat ad privationem, procedit ab illo per corruptionem, quæ est contraria generationi; sicut apparet in tuo olivario, in quo generatur oliva, unde exit oleum; & in tuâ muliere, de quâ generatur filius, & de quâ exit lac; & in te sunt generati quinque sensus par-

„ ticularates per formam, quam tuum corpus  
 „ habet per animam, de quibus procedit vir-  
 „ tus sensitiva; quemadmodum de tuis ocu-  
 „ lis procedit virtus visiva; & sic de aliis  
 „ rebus similibus istis; & Ratio, quare in  
 „ inferiori bono sua particularia procedunt  
 „ de esse ad privationem, est per corrup-  
 „ tionem; sicut apparet in tuo corpore, quod  
 „ se inclinat ad privationem, in quantum cor-  
 „ rumpitur, & sic de aliis rebus: unde, cum  
 „ in inferiori bono generatio & processio sint  
 „ tam generales, & cum supremum Bonum  
 „ creaverit inferius bonum ad demonst-  
 „ randum se ipsum, per hoc significatur, quod  
 „ in supremo Bono sit generatio & Proces-  
 „ sio sine corruptione; per quam est de-  
 „ monstrabile, esse supremum Bonum: &  
 „ si in supremo Bono non esset generatio &  
 „ processio, in inferiori bono generatio &  
 „ processio & corruptio non essent tam ge-  
 „ nerales, sicut sunt; & si essent, absque  
 „ eo, quod in supremo Bono esset genera-  
 „ tio & processio, non esset humano intel-  
 „ lectui tam demonstrabilis infinita Bonitas,  
 „ Magnitudo, æternitas &c., quæ sunt in  
 „ supremo Bono, sicut est, si in supremo  
 „ Bono est generatio & processio. N. 4. Qui  
 „ in inferiori bono destruet generationem &  
 „ processionem & corruptionem, destrueret  
 „ totum cursum naturalem, qui est in hoc  
 „ Mundo; quia omnia corpora Elementata,  
 „ & omnia corpora cœlestia essent destructi.

„ bi-

„ tite, si essent  
 „ in hoc Mundo  
 „ processio,  
 „ supremo  
 „ quæ conser-  
 „ nem inferio-  
 „ sum est co-

C  
 A Cripe, L  
 ne Prin  
 generalis & p  
 ad hoc in Com  
 pions, ubi  
 & intellectu  
 que materis  
 re & Oratio  
 cipis, quæ  
 omnibus plac  
 omnibus suffic  
 entia & virtu  
 ipis fontibus  
 MUNDI L  
 pressis & app  
 quidem sine  
 directionem  
 am, presertim  
 aut Speculat  
 per de Deo  
 loquendum  
 in suis Dig

22 bilia, si essent sine operatione: unde, cum  
 22 in hoc Mundo conservetur generatio &  
 22 processio, per hoc significatur, quod in  
 22 supremo Bono sit generatio & processio,  
 22 quæ conservat generationem & processio-  
 22 nem inferiorem; quia unum simile virtuo-  
 22 sum est conservatio alterius sibi similis,

## CONCLUSIO.

**A**ccipe, Lector amice! vera Artis Lullia-  
 næ Principia (plura tamen & plurima  
 generalia & particularia Principia dabimus  
 adhuc in Compendio Magni Libri Contem-  
 plationis, ubi de causis, sensibus sensualibus  
 & intellectualibus, de Fide & Ratione, ali-  
 isque materiis, præsertim de Divino Amo-  
 re & Oratione talia sapientialia & sancta per-  
 cipies, quæ nemini displicere possunt, &  
 omnibus placere debent non sine copioso in  
 omnibus sufficienter dispositis sapientiæ, sci-  
 entiæ & virtutum fructu feliciter relicto) ex  
 ipsis fontibus Lullianis, sive ex ipsis B. RAI-  
 MUNDI LULLI Libris MOGUNTIAE im-  
 pressis & approbatis fideliter extracta, eo  
 quidem fine, ut Tibi dent illustrationem &  
 directionem in ordine ad Sstam Theologi-  
 am, præsertim ad illam, quam Scholasticam  
 aut Speculativam vocant, in ordine ad sem-  
 per de Deo dignè & dignissimè sentiendum,  
 loquendum & docendum, in ordine ad illum  
 in suis Dignitatibus, earumque actibus ad  
 intrâ